Digitized by Google



MENTEM ALIT ET EXCOLIT

K.K. HOFBIBLIOTHEK
ÖSTERR. NATIONALBIBLIOTHEK

65.T.52

Digitized by Google

LXVI.

Digitized by Google

Digitized by Google

ABDALLÆ BEIDAVÆI *HISTORIA* SINENSIS,

Perſicè è geminô Manuſcriptô edita,
Latinè quoque reddita
ab
ANDREA MVLLERO GREIFFENHAGIO.

ACCEDVNT
ejusdem

NOTÆ MARGINALES,

in quibus

Obſcura pleraque explicantur,
Depravata non pauca reſtituuntur,
Harmonia Abdalliana & *Martiniana*, cæteræque Europæis traditæ *Hiſtoriæ Sinenſis* perpetuis *teſtimoniis* ob oculos ponitur,
Præterita notantur & è *Martinii Hiſtoriâ* Sinenſi aliisque, hîc, ut & in *notis* ad *Baſilicon*, ſupplentur,
Contradictiones denique conciliantur.

Seneca Natural. Quæſt. VII. 31.
Multa hoc primum cognovimus ſeculo, & multa venientis ævi populus, ignota nobis, ſciet.

BEROLINI,
Typis Chriſtophori Rungii, Anno CIƆ IƆC LXXVII. expreſſa,
nunc verò una cum *additamentis* edita ab *Autoris filio*,
QVODVVLTDEO ABRAHAM MVLLERO.

JENÆ,
Proſtat apud JOHANNEM BIELKIVM,
A. C. CIƆ IƆC LXXXIX.

Digitized by Google

KAISERLICHE KOENIGLICHE
WIEN

Digitized by Google

ACCEDUNT

HISTORIÆ ABDALLIANÆ,

I. Itineraria duo, in Sinas confecta.

II. Commentatio Alphabetica de Sinarum Magnæque Tartariæ rebus.

III. Baſilicon Sinenſe.

IV. Imperii Sinenſis Nomenclator Geographicus.

Digitized by Google

VIRO

MAGNIFICO, PRÆNOBILISSIMO, AMPLISSIMO ET EXPERIENTISSIMO,

DN.

GEORGIO VVOLFFGANGO VVEDELIO,

MEDICINÆ DOCTORI CONSVMMATISSIMO, CONSILIARIO ET ARCHIATRO DVCALI SAXONICO GRAVISSIMO, THEORETICES PROFESSORI PVBLICO IN ACADEMIA SALANA CELEBRATISSIMO, FACVLTATIS SVÆ P. T. DECANO SPECTATISSIMO, S. R. I. ACADEMIÆ NATVRÆ CVRIOSORVM COLLEGÆ PRIMARIO,

DOMINO PATRONO, MÆCENATI ET EVERGETÆ NVNQVAM SATIS DEVENERANDO ET COLENDO

SALVTEM OMNIGENAM!

Digitized by Google

VIR MAGNIFICE,

Nihil novi affero, qui VENERANDI PARENTIS *Abdallam, Sinenſis Hiſtoriæ Scriptorem, jam ante aliquot annos typis exſcriptum, offero. Hujus editio poſtquam demandata mihi fuit, non diu*

Digitized by Google

quidem cogitandum sibi, cui-nam iſte inſcriberetur. Occurrebat ſtatim animo gratioſum VVEDELII *nomen. Cujus enim libentius & potius quam Tuo patrocinio ſeſe committere poterat vel etiam debebat? Qui Autorem hujus Opuſculi à multis annis in amicis habes, qui Literaturam* Sinicam *præ cæteris ſoles æſtimare, qui denique Fratrem meum & meipſum favore Tuò ſingulari hucusque complecteris, nec nos cumulare deſinis beneficiis. Ne itaque planè*

in-

Digitized by Google

ingrati videamur, ſed ut qualecunque tantummodò gratæ mentis indicium proſtet; Patere, quæſo, VIR MAGNIFICE, *ut hiſtoriolam illam* Sinicam *notasque* Interpretis, TVÆ MAGNIFICENTIÆ *conſecrem, donec ipſe ex propriô ingeniô aliud aliquid depromam, quod mereatur dicari tanto, quantus es in orbe literatô,* VIRO. *De cæterô, ut mihi ſtudiisque meis non minus ac Fratri porrò favere, eaque conſiliô regere ne graveris, primum & ultimum precor. Ita* TE *Deus ſervet per ſe-*

ros

Digitized by Google

ros annos, *in* NOBILISSIMÆ FAMILIÆ *ſolatium*, *literarum incrementum*, *tenuitatisque meæ certum patrocinium. Scribebam Jenæ* VIII *Id. Junii*, A. C. M DC LXXXIX.

MAGNIFICENTIÆ TUÆ

ad quævis officia paratiſſimus
perpetuusque debitor

Quodvultdeus Abraham Muller.
Philoſoph. & S S. Theolog. Stud.

Digitized by Google

ANDREÆ MÜLLERI
GREIFFENHAGII
HEBDOMAS OBSERVATIONUM SINICARUM.
OBSERVATIO PRIMA.
EPITOME Hiſtoriæ SINICÆ, antiquiſſimæ juxtà ac recentiſſimæ.

Anno ante CHRISTUM.

3000. circ. *Diluvium* Sinicum.

Sub ABORIGINIBUS.

2850. circ. *Litera* Sinicæ à *Fohio*, primo Sinarum Imperatore, inventæ. (Trecentis poſt diluvium annis. *Kirch.* Oedip. T. III. p. 10.).

2697. Initium *Cyclorum Sexagenorum* ab *Hoangtio*, Imper. tertiô, inſtituti.

2670. Hoangtii anno 28. *Tana* quidam *Cyclum Solis* introducit. Eratq; is annus Cycli quoq; annus 28.

2450. *circiter*. Regnante Chuenhioo, Quinto Aboriginum, *Conjunctio* omnium *Planetarum* in Piſcibus obſervata eſt.

2357. *circ.* Liber *xu* ſub *yao* editus. Ejusdem juſſu Calendarium reformatur per duos Mathematicos *Hy* & *Ho*.

2337. *Solſtitium* obſervatum eſt circa primum gradum ſideris, quod *Hiu* dicitur & undecimum eſt ex XXVIII. Conſtellationibus, quæ fortè Lunæ manſionibus olim reſponderunt.

2230. Prima *Tartarorum* in Sinas irruptio. ſed qui repreſſi ſunt à *xuno* Imperatore.

2207. HIAA cœpit, *prima hæreditariorum* Imperatorum *Dynaſtia*.

2190. *circ.* Hieus rationem conficiendi

endi ex oryzâ potus invenit. Sed exilio ideò multatur.

2154. *Eclipſis* Solis circà finem Scorpii, Alii ponunt Annum 2158.

1766. XANGA cœpit, *ſecunda* Dynaſtia.

1295. Sinæ *colonias* duxerunt in Inſulas Orientales.

1122. CHEVA cœpit, *tertia* familia Imperatoria. *Fan* Imperator mutato nomine *Uus* dici voluit & dictus eſt.

1110. Chingus Imperator Legatum Cochinchinenſem *Amuſio* donat, ſed cujus *acus Magnetica* Meridiem ſpectabat. CHINAN dicebatur, ut hodienum, hoc eſt, *Auſtri Rector*. Ita Legatus unô annô redibat, qui triennium in viâ veniens conſumpſerat.

1026. *Xaca*, Philoſophus Indus, natus.

775. Tartari Occidentales, Sinas depopulantur & occupant.

760. *circ.* Sinarum meminit *Eſaias* cap. XLIX. 12. vid. *Gloſſ. Sacrum* p. 34. Disqv. de *Chataja* p. 96. a. *Jun.* lib. l. *Obſr.* Paraph. *Purch.* V. 435. *Horn.* Arc. N. 53. 441. Orig. Amer. 234.

551. *Confuſius*, Sinarum Plato, natus.

481. Animal, *Kilin* dictum, hoc annô captum, de quo *Confutius* omen abrogandæ ſuæ doctrinæ ſumpſit, ac tantùm non de CHRISTO vaticinatus eſſe creditur.

328. *Alexandri M.* imperium pertingit ad primos Sinarum terminos. Gregor. *Malat.* p. 62. Inque ipſam deniqùe Sinam. *Horn.* Arc. N. 434.

246. CINA cœpit, familia Imperatoria *quarta*.

220. Navigationes Sinarum in Inſulas Orientis.

215. *Murus* ille magnus, qui Tartariam & Sinas divideret, exſtructus eſt. Arabes ab *Alex. M.* extructum volunt.

214. *Navigationes* Sinarum in *Indiam* & *Madagaſcar*.

212. Xii juſſu omnes *Libri exuruntur*. Quod CINHO Sinis dicitur.

206. HANA cœpit, *quinta* Imperatorum familia.

204. Conjunctio quinque planetarum obſervata à Sinis in Cancro.

200. *circiter*, Tartari Murum ſuperant.

188. Eclipſis Solis.

130. *Hiaouus* Tartaros ſubigit, Claſſes in *Orientem* mittit. Quarum aliquæ in *Americam*, quædam ad rubrum uſq; mare perveniſſe putantur.

100. Tartari extra murum bello petuntur à Sinis.

58. Coss. Metello Celer. & Afranio. Navis Indica in Germaniam appu-

appulit, quàm Suevorum Regi unà cum Indis Metellus donavit. Autor Corn. Nepos apud *Pliniũ* & *Melam*. Hanc Sinicam navem fuiſſe, quidam ſuſpicantur.

15. *Eclipſis* Solis, menſe ſecundo.

12. *Cometa* ſub Cancro viſus, menſe octavo.

2. *Eclipſis* Solis, ipſis anni Kalendis.

Anno poſt CHRISTUM *Natum*.

1. *Pingus*, sinarum Imperator erat. Pingus, Friedericus.

50. *Circiter.* Typographia ſinica cœpit.

65. *Mingus* Imp. pontem ex Catenis ferreis in Junnane condit.

Idem legatum mittit in magnum Occidentem, ut novæ legis præcepta, de conſilio nocturni viſi, exquireret. Legatus poſt octo menſium iter in Indiam pervenit, ibique viæ tædio domum properans *Xaca*, quem & *Buddam* vocant, Fabulas à Brachmanibus receptas, novæ legis vice refert. Ita

Eodem annô, Menſe decimo, *Xaca* de Metempſychoſi hæreſis unà cum novô, ut ajunt, Idololorum cultu in ſinas penetravit.

419. TANGA cœpit, dynaſtia *ſexta*.

610. Imperavit *Jang*

618. SUNGA cœpit, dynaſtia *ſeptima*.

637. *Jezdegirdes*, Rex Perſiæ, profugus in ſinam tendit. Gregor. *Malat.* p. 116. conf. Hiſt. *Sarac.* l. 2. p. 27. *Eutych.* Alex. T. II. 296.

1005. ſub *Chinçungo* obſervatum eſt, *Solſtitium* ab annis 4342. declinâſſe gradibus duobus & quadraginta. v. *Trigault.* ep. ann. 1610. 1611. p. m. 176.

1017. anno *Heg.* 408. Turcæ Sinâ egreſſi magnam terræ partem depopulantur & reprimuntur. Gregor. *Malat.* p. 220.

1135. *Caoçung*, Sinarum Imperator, Tartaros *Kin* fugiens, regiam in urbem *Hancheu* tranſfert.

HAN (Tartari Occidentales) KIN (Tartaros Orientales) Chatajâ ejiciunt.

Han Tartari *Mangin* bello vexant.

1151. *Gingiſchan* naſcitur. *Teixera.* Erat hic *Tartarus Mogulenſis.* Cujus poſteri totam tandem Chinam occupârunt.

1171. anno *Hegir.* 567. Chataji (Sinarum pars intrà & extrà murum) Choraſmiam invadunt. *Malat.* 266.

1187. Gingiſchan Rex eligitur. M. P. *Ven.* l. 52.

1195 Ungchan, quem *Presbyterum Joannem* vocant, occiſus. (Poſt

hunc ſex annos vixit Gingiſchan. *Ven.* l. 13.)

1198. Chatajis Rex Choraſmius Bocharam eripit. *Malat.* 279.

1206. ante hunc annum Tartari ri *kin* (quos vocant) per partes Boreales in Sinam irruperunt. Tartari verò Occid. *Sambania* (hoc eſt, *Samarcanda*) poteſt occupatam magnam Aſiæ partem, poſtque confectum bellum *Mienicum*, per partes Auſtrales in Sinam, irruperunt, per *Junnan*, *Queicheu*, *Siſan*. Expulſiſque Tartaris *kin* Sinas bello vexarunt. Duravit hoc bellum annos 68. vel ab anno Chriſti 1206. annum 1278.

1209. anno Hegiræ 606. Gingiſchan *Kara-Chatajam* ſubigit, *Malat.* 283. f.

1210. *Pekinum* à Tartaris capta.

1227. Gingiſchan obiit. Et in regno quidem *Tanguthe*. Die ſcil. quarta *Ramadani*, cum circiter XX. annos regnaſſet. *Malat.* 305. *Teixena* in *Ketaokotan* obiiſſe notat.

1229. Ogtai Patri Gingiſchano ſuccedit & Chatajam adoritur. *Malat.* 306.

1242. Obit Hoccota Chan. Teix. Eſt hic *Ogtai*.

1245. Ogtai moritur. *Malat.* 320.

1246. Joh. *Carpinus* ab Innocentio Papa IV. in Tartariam mittitur. v. *Hakl.* Tom. I. Mar. *Sanut.* III. 13.

Alii *Johannem de Plano Carpi* vocant.

Eodem, miſſi *Anſelmus* (alii *Aſcelinum* vocant,) Ord. Dominic. & *Odericus* ord. S. Franciſc.

Eod. anno Heg. 644. *Cayuc chan* Rex eligitur. *Malat.* 320. Gingiſchanidarum tertius.

1247. Gayuchan *Chataja* præfectum dat. *Malat.* 320. f.

1249. Ercalthay Tartariæ princeps Ludovico Galliæ Regi per Legatum nunciat, Magnum Chanum Chriſtianam recepiſſe religionem, anno abinde tertio.

1251. anno Hegiræ 649. die nono Rabiæ poſter. *Muncaca* Rex Gingiſchanidarum quartus, eligitur. *Malat.* 327.

1252. Anno *Hegira* 650. Non multò poſt hoc tempus Muncaca fratri Cublæ cedit Chatajæ regiones à finibus *Almiri* (leg. Al *Mien*,) uſque ad terras *Seligai*, *Tangit*, *Tebet*. Chatajæ tributum imponit. *Malat.* 328.

1253. Guil. de *Rubruquis* in Tartariam mittitur.

Eod. Confæderatio *Mangonis* & regis *Armenij* Eccleſiaſtica & Politica. *Haytho* 23. *Malat.* 328. ponit annum Hegiræ 650.

1254. Anno Hegiræ 652. Muncaca Chatajam bellò tentat, poſtque captas plurimas urbes etiam *Nanqui-*

quinum capit. Quique eò ſe receperat, Altunchanus, Rex Chatajæ, ſe ſuosque igne tollit. *Malat.* 309.

1256. Cubla regnare incipit. *Ven.* II. 1. Gingiſchanidarum quintus, Jvenarum Primus. Regnavitque annis 42. *Haytho* c. 19.

1259. Chataji Mogulenſibus rebellant. *Malat.* 350. *f.* Rex Chatajus *quadringentis* imperabat *urbibus.* Mangaca Imperator Gingiſchanicus aſſumto ſecum fratre *Kubla* Sinas & Chatajam adoritur. Mungaca ſagittâ perit. Kubla per ſeptendecim annos cum fratre minore de ſucceſſione contendit.

1260. Obit *Mangutban.* Teix.

1262. Allau Legatum mittit ad Cublam. Ven. I. 2.

1263. Gingiſchanidæ totâ potiuntur Chatajâ. *Ita* quidem *Naſſiroddinus.* Traditque *Chatajos*, ſeu *Sinas*, Converſionem hanc Imperii adſcribere anno *Quei hài* Venni Hiá ven, hoc eſt, anno ultimo Cycli ſexageni tergemini tertii. Additque illum fuiſſe annum 9680. Vanni ſ. Myriadis 8864. à creatione mundi. Quod tempus in annum Chriſti 1263. omninò cadit. Sed imperium Gingiſchanicum hoc tempore nondum ſatis firmatum erat.

1266. Allau moritur. *Malat.* 355. *Abaga, Ilchan*, filius, ſuccedit.

1268. Cubla occupat *Mangin.* Ven. I. 45. Hoc eſt, Sinam Auſtralem.

Eôdem. Cubla regem *Ciamba* bello vexat. Ven. III. 9.

1272. Bellum *Mienicum.* Ven. MS. II. 42.

1275. Marcus *Polus* Venetus Sinas primum ingreſſus. Et eô quidem tempore, quo Tartari Mangin bellô vexabant, qui paulò ante borealem Chinam, quam Catajam vocant, Tartaris orientalibus Kin dictis extorſerant. Quod tamen ante annum Domini cIↃ ccvi. veluti Sinenſium annales docent, factum erat. Sub finem familiæ, SUNGÆ dictæ.

1276. *Naſſiroddinus* obiit, (qui Chatajorum Epochas primus tradidit.) *Malat.* 358.

1278. JVENA familia cœpit. Hæc eſt, *Gingiſchanica.* Sina enim Gingiſchanum *yuên* vel *guên* vocant. *Chinchiu* Venetus. Quod tamen longè abeſt, ſi non *ſono*, attamen *ſignificatione* & *reipsâ*, à voce *kin*, de quâ vid. *Martin.* Hiſt. Sin. p. 320. Ex hâc *Novem* Tartarici *Reges* Sinis imperarunt. Per annos circiter LXX. vel XCII.

1281. Calendarium Sinicum ſeptuageſima amplius vice corrigitur. Idque autoritate *Cubla* Imperatoris, anno Imperii ejus 18. Reformator *Co xeu kim* dicebatur, *Trig.* epiſt.

 1282. Bel-

Digitized by Google

1282. Bellum *Mienicum*. Ven. I, 42.

Eod. *Agaba* Cham moritur. Haytho 36. Leg. *Abaga*, Gingiſchanidarum ſextus, mortuus eſt die 20. *Dulkada*, ſeu, die primo *Niſan*, feriâ *quarta*. *Malat*. 361.

1283. Anno *Hegira* 682. die 21. Haziran feriâ primâ; *Ahmed*, Abagæ ſuccedit. Gingiſchanidarum ſeptimus. Chriſtianus, *Nicolaus* in Baptiſmo dictus. Pòſt *Mohammedanus*.

1284. anno Heg. 683. die 11. Gimadæ prioris feriâ 4. *Ahmed* deponitur. Poſtque occiditur. *Malat*. 367. Succeſſerat *Argun*. *Abulfeda* ponit annum *Hegira* 682. Erat Chriſtianus.

1288. *Marſargis*, Neſtorianus, præſulatum à Chano obtinet. Ven. II, 61.

1289. Cubla fruſtrà, inſulam *Zipangrin* (Japoniam) occupare tentat. Ven. III, 6. MS. ponit annum 1269.

Eodem. *Poli* Veneti in Indiam dimiſſi. Ven. I. 9.

1291. anno *Hegira* 690. menſe Rabiâ priore moritur *Argun*, Gingiſchanidarum octavus.

1295. anno Hegiræ 694. menſe Rabia poſteriore (aut ut alii habent, priore) trucidatus eſt Abagæ filius, Argunis ſucceſſor, *Ganiatu*.

Eodem, menſe Gjumadâ priori ſuccedit *Bayda*, Gingiſchanidarum decimus.

Eodem occiſus eſt *Bayda*, menſe *du'l Higga*.

Eod. Veneti in patriam redeunt. Ven. l. 10.

1304. anno Hegiræ 703. die 13. *Sjewal*. Kazan obit. Gingiſchanidarum undecimus. *Chriſtianus* erat.

Eodem, die 23. *Du'lHigga*, ſuccedit Kaſano *Mohammed Al Gaita*, *Mohammedanus*.

1305. Joh. à *monte Corvino* Ord. Minor. *Archiepiſcopus Cambalienſis* à Clem. V. conſtituitur.

1307. *Wilhelmus* Epiſcopus *Liddenſis* Tartaris extremi Orientis ſub Rege Diolgieto Evangelium prædicat.

1317. anno Hegiræ 716. die 27. *Ramadani*. obit. *Al Gaitu*.

1336. anno Hegiræ 736. die 12. Rabiæ poſterioris obiit Abuſaid Badurchan, Gingiſchanidarum decimus tertius.

Poſtilla *Gingiſchanidarum Imperium* diſſipatum eſt. Donec *Tamerlanes* inſurgeret. An verò Gingiſchanidæ qui hoc loco poſt Cublam recenſentur, Sinis imperaverint, adeoque *Magni Chani* dicendi ſint, non liquet. Aliis videtur. Mihi non. Cublæ in Imperio *Temur* nepos ſucceſſiſſe creditur. Vid. M. P. *Venetus II*, 8. *Allau* verò Cublæ frater

Digitized by Google

frater, regna ceſſa *Ilchani* titulô poſſidebat. Sic & alii.

☞1331. *Odericus* tres annos vixerat in aulâ Magni Chani Chataini.

1336. Joh. *Mandevillanus* in Cataja & China peregrinatur.

Eodem anno Hegiræ 736. menſe *Sjewal*. Naſcitur *Tamerlanes*.

1360. Sinæ, duce *Homvu*, Tartaros expellunt.

Homvu rex novus conſtituitur, olim ſacrificulus.

1368. Taiminga cœpit.

1403. *Tum lo* (al. *Tai çungus*) Sinarum Rex factus. Is eſt, qui primus aulam Nanquinenſem Pequinum tranſtulit. Illius juſſu *Campana Pequinenſis* fuſa, 120000. librarum. *Tamerlanes* floret

1405. 17. Febr. anno Hegiræ 807. die ☿ 17. *Schaaban*. *Tamerlanes Anzora* in confinibus Mogolum, moritur. Arabsjad. 313. Solus imperavit annos triginta ſex.

1440 *circ*. Nic. de *Conti* ex *Indiâ* & *Chatajâ* redit.

Eod. *Typographia Europæa* cœpit. vid. *Cram*. Hiſt. Eccl. II. 40. *Mendoza*. III. 16. *Mentel*. de Typogr. inventione.

1557. die primo Februarii. Terræ motu ſeptem civitates multique pagi in provinciâ *Junnane* abſorpta ſunt, ſuccedente in locum Lacu, *Chin dicto*, quod pleriique incolarum è ſamiliâ *chin* eſſent. Ex hominibus nemo evaſit, præter puerum in truncô arboris inter undarum fluctus ſervatum.

1577. *Auguſtiniani* quidem è Philippinis in ſinas penetrant. *Mendoz*.

1580. *Bonog*, duodecimus ab Homvu, Sinis imperat. *Mendoz*.

Eodem anno, Petrus *Alvarus*, ord. *Francisc*. ſinas petit. *Mendoz*. II. 4.

Eodem. I. Gonſal. *Mendoza* à Rege Hiſp. in Sinas mittitur. *Mend*. præfat.

Eodem. *Emanuel*, Rex Chatajæ, *Chriſtianus*. Mart. *Egnatius*, Itin. Sinenſ. Cap. 12.

1600. Tartari Orientales in regnum Niuche coaleſcunt.

1611. *d. 3. Maji*. Primum Societatis Jesu Templum Nanquini fundatum eſt. *Trig*. in Lit. Annuis p. 208. ubi Inſcriptionem Templi ſinicam & Latinam laudat.

1616. Tartari *Niuche* Vanlieo Chinarum Imperatori bellum movent. Urbem *Caiyuen* primam omnium capiunt.

1618. *Niuchanus* annô regni Tartarici tertiô ſpe totius Chinæ occupandæ Siniceè *Thien ming* dicitur.

1619. Prælium Tartarico-Sinicum, in qua è 600000. *Sinis* & 12000.

12000. *Coreanis* 50000. cæſi; reliqui fugati ſunt.

1625. Monumentum fidei Chriſtianæ Syro-Sinicum terris erutum.

1630. Tartari de Conſilio Yveni ducis Sinici, ſed perfidi, in Sinas irrumpunt, ipſo quieſcente.

1636. *Thienzungus*, Rex Tart. moritur. Succedit *Zungteus*.

1638. Perſecutio Soc. Jeſu in Sinis gliſcere cœpit.

1641. *Caifung*, urbs, à Latronibus infeſtatur.

1642. d. 9. Octobris. *Caifung* Urbs aquis perit.

1643. Xunchi Sinenſe imperium adipiſcitur.

1644. TAICINGA cœpit.

Eod. Chung-kien-chungus, latro, Suchuenam occupat. Regiumque per vim nomen aſſumit.

Eod. d. 1. ſeptembr. Eclipſis Solis in Sinis obſervata.

1645. decimo Febr. Eclipſis Lunæ in Sinis obſervata.

Eod. Hunquangus electus à ſinis Rex à Tartaris ſtrangulatur.

1647. 13. Februar. *Prælium* Sinico-Tartaricum, quo *Tanyuenſes* Sinas fuderunt; Pro regem *Baximbau* truncarunt, urbe *Pennambu* deditione ceperunt.

Eod. Tartari Pequinum expugnant. *Zunchinius*, Rex Sinarum, ſeipſum ſtrangulat. Quod antequam faceret, in orâ Regiæ clamydis è proprio cruore hæc ſcripſiſſe dicitur: *Multam ſalutem futuro Imperatori LIS. Quem enixè rogo, (ne hai ngo miu, ne yum ngo chiu.) Ne populo meo noceat, ne magiſtratibus meis utatur.* Intorc. p. 82. Fertur item, primum hujus familiæ Imperatorem, *Hum uu* dictum, Mathematicorum primicerium rogâſſe, quot poſteros eſſet habiturus eſſet in Imperio? ac reſponſi loco accepiſſe: *UAN CU CUN*, hoc eſt, *decies mille filios ac nepotes.* Credo *Gratulationem* hanc fuiſſe (uti illam 2. Sam. XXIV.) ſed *Eventum* ſi reſpicias, *Oraculi* & *ominis* inſtar fuit. *Van* enim *decies mille* ſignificat. Inde Imperator *Vanlie* dictus. Hujus vero *Nepotes*, duo illi *Sinarum* poſtremi Imperatores. Quare Mathematicus quaſi dixiſſet: Vanliei filium & nepotes ſucceſſores habiturus es, nec ita plures.

Tartari regnum occupant. *XUNCHI*, primus Tartarorum & *Sinarum* Imperator, *TAICINGAM* familiam condit.

1649. *Junglieus*, ſuccedit *Hunquango*. Sed *triplici exercitu* impetitur. Fugitque in *Tungchinum* cum *Pau Achilleo* & *Andreâ Xaveriô*. *Brancat*.

Eodem. Xunchi uxorem ducit Regis Tanyu filiam.

1650.

Digitized by Google

1650. Primum Pequini in Sinis Templum Soc. Jesu erigitur.

1651. *Amavangus* obit, Xunchii tutor.

Eodem. Martinius è Sinis in Europam revertitur.

1652. d. 30. Martii *Canton* obſeſſa. *Canevari.*

1655. Batavorum Legatio prima ad Imperatorem Sinico-Tartaricum, à *Neuboſio* deſcripta.

1658. Dominicani ab anno 1631, ad annum 1668, numeraverunt,
Baptizatorum
Eccleſias 21.
Reſidentias duas,
Libros à ſe editos, de Religione Chriſtianâ volum. 3.

1663. Batavorum legatio ſecunda Sinica, à *Dapperô* conſignata.

1664. menſe ſeptembri. Xunchi Imper. obit.

1665. 13. ſeptembris. Jeſuitarum XXV. Pequinô Cantonem relegantur.

Eodem. Usbekienſes Chinam expugnâſſe putantur. *Horn.* Sed falsò.

1666. 24. Aug. *Cambi*, Xunchii fil. anno ætat. 14. Imperium adit.

Eodem. Batavorum legatio tertia Sinica, ad Imperatorum *Konchy.* Dapper.

1667. Ab anno 1581. ad hunc annum numeravit Societas Jesu Chriſtianorum in Sinis lucratorum 254980.
Eccleſias. 159.
Reſidentias. 38.
Libros Sinicè ab ipsâ editos:
de Religione quidem Chriſtiana, 131.
Phyſicos & Morales, 55.
Mathematicos, centum & ampl.

1668. *Franciſcani* ab anno 1633. ad ann. 1668. numerabant
Baptizatos 3500.
Eccleſias tres.
Reſidentiam unam.
Librum à ſe editum unum, ſed tribus Tomis diſtinctum.

Eodem. Jeſuitæ à *Cambio* reſtituti.

Digitized by Google

OBSERVATIO SECUNDA.
De Notitiâ *Evangelii* in *Sinis*.

Tempore Veteris Teſtamenti.

SInas Deum olim verum agnoviſſe ſecundum doctrinam à Noacho traditam, *Martinio* nullum eſt dubium. Confirmat hoc *Neuhofius*. Neque ego negem.

Sed poſt obliteratas Patriarcharum traditiones, *Promiſſiones* quoque, quæ de *Chriſto* erant, inter eas gentes, quæ à Judæis ſeceſſerant, tantô magis expiraverunt, quantô longius diſtabant regiones. Aliquam tamen notitiam vel apud pauculos remanſiſſe, *Jobi*, *Bileami* & ſimilia *Exterorum* docent exempla.

Imò referunt huc nonnulli *Confutium*, ſummum Sinarum Philoſophum. Non dicam de *numero diſcipulorum* Chriſti, qui ſecundum *Martiniū* adumbratus fuerit exemplo Confutii. Habebat enim diſcipulos lectiſſimos *duodecim*, ſecundanos LXX, universè vel *tria millia*. Illud *memorabilius* eſſe videtur, quod idem ille Confutius, cum anno ante Chriſtum 481. circà tempora ſolutæ captivitatis Babylonicæ animal caperetur valdè rarum, & prodigio ſimile, *kilin* dictum, non ſine ſuſpiriis, lacrymis & pectoris trunſionibus exclamaret: *Quis te adveniſſe kilin dixit? Quis te adveniſſe kilin dixit? Jamjam doctrina mea extremum ſpectat, jam finem habet, cum tu adveneris.* Hoc ipſius Confutii libris contineri dicitur. Ad *Chriſtum* verò pertinuiſſe *ominoſum* hoc *dictum*, non paucis indiciis Martinio comprobabat Philoſophus quidam ſinenſis, idemq; Chriſtianus. *Judicium primum* erat, quòd *nemo non augurretur*, magnæ ſanctitatis heroëm venturum, ſummæ quæ poſſet orbi contingere felicitatis nuncium. *Alterum*, quod *anno Kengxin* caperetur *kilin*, quotô etiã Chriſtꝯ natus eſt. *Tertium*, quod extra *portam* urbis *occidentalem*, veluti Chriſtus extra Solymorum portam Occiduam crucifixus eſt. *Quartũ*, quod *Kilin* animal *manſuetiſſimum* ſit & innocuum. *Quintum* quod voce iſtâ *Agnus DEi* apprimè ſignificetur. Ego lectori judicanda relinquo. Ita *Martinius*. Ita ego.

Ceterum de primævorum ſinarum ſalute æternâ Martinius nonnihil diverſi ſentit à S. Scripturæ oraculis. *Imò credimus*, inquit, *quam-*

Digitized by Google

quamplurimos olim in primævâ naturæ lege ſalutem poſt mortem conſecutos. Talia enim tantaq; ſunt, quæ de illorum virtutibus ac pietate ſunt ab antiquis ſcriptoribus prodita memoriæ, ut hoc perquam credibile efficiant. Sequitur autem etiam hîc *Trigautium.* Qui ſimilia habet *Exped. Sinic. I. 10.* Ita ſcilicet præſupponunt, Paganorum aliquos per naturalis legis obſervantiam citrà notitiam Promiſſirum Evangelicarum beatorum numero acceſſiſſe. Quibus *Purchaſius* reſpondet: *what pitie is it that Lutherans and Calveniſts may not aſwel be ſaved without the Pope, as theſe idolaters without God and Chriſt, and Worſhipping that, which by Nature is not God?* Ac mirum eſt, quòd *Nieuhoſius* etiam illa *Martinii* verba ſua faciat. Mirum etiam, quod *Maldonatus* in Matth. XI. 27. ſcribere auſit. *Gentiles ſervatâ lege naturæ potuiſſe omnium confeſſione eſſe ſalvos.* Notæ ſunt hâc de re *Romanenſium* diſputationes. Notæ ſunt *Patrum* liberæ linguæ. Nota *Pelagianorum* certamina. Nota *Eraſmi* & *Zwinglii* effata. Nota *Marſilienſium, Socinianorum, Mohamedanorum* conſpiratio quædam. Sed item nota ſunt oracula, quæ ſvadeant, imô perſvadeant, extrà CHRISTUM à tempore Protevangelii nunquam fuiſſe aliquos ſalvos. Recolantur vel illa tantùm, quæ *os* illud *Apoſtolorum* Act. IV. 12. X. 43. detonat. Neque tanti ſunt, quæ excipi ſolent. Præſentem enim ſalutis viam Apoſtolus prædicabat, non ut *novam* ſed ut olim *promiſſam.* Quomodo verò? ut *ſperaretur*, qui nunc *credendus* erat veniſſe.

Quare *Parodoxon* hoc erit, quod *Martinius* de *Sinarum ſalute* ſic quidem haber.

De reliquis illius *Paradoxis*, Nempe:

Non ſolos Noachi Nepotes delirare.

--Chinam ante Diluvium habitatam eſſe. &c.

alii viderint.

Nos deinceps ſcrutabimur, quatenus *Lux Evangelii* huic genti affulſerit.

Tempore Novi Teſtamenti.

NAm *Sinis* quoque *Evangelium annunciandum* fuiſſe, ex *Eſaia* verbis colligitur. De quibus in *Gloſſario ſacro* pag. 36. ſeqq. ſatis ſuperque egi. Confer. *diſquiſ. de Chatajâ*, p. 96. a.

Jammodo *Implementa* eruamus ſecundum *Seculorum ſeriem.*

Digitized by Google

SECULO I.

Nativitatis CHRISTI & *Apoſtolorum.*

I.

SUntque non pauci, qui D. THOMÆ Apoſtolo tàm *Sinarum* quàm *Indorum* Converſionem acceptam ferant.

Liturgia certè *Malabarica* hoc facere videtur. Eam *Trigautius* laudat, atque exinde bonam partem tàm *Syriacè* quàm *Latinè* refert in *Expeditione Sinicâ* libr. I. cap. II.

Proderit verba *illius* repetere, ipſiusque *Liturgiæ* textum. Sic ergò habent:

Certè rei Chriſtianæ in his regnis originem altius referre poſſumus ex iis, quæ ex ora Malabarica *codicibus Chaldaïs colligi curavimus, quam omni Divi Thomæ Apoſtoli operâ Chriſto adjunctam clarius eſt, quàm ut in dubium etiam à pertinacibus Criticis revocari poſſit. In iis ergò codicibus legimus clariſſimè ab eodem Apoſtolo Chriſti fidem invectam & plures eo in Regno Eccleſias conſtitutas. Et ne cui res tanta dubia fortaſsè videatur, teſtimonia ipſorum codicum è Chaldæo ad verbum Latinè reddita hìc adſcribam, quæ Pater Joannes M. Campori è noſtra Societate ejus vineæ cultor annos jam plures, & ſermonis Chaldæi oppidò peritus, juſſu Reverend. Archiepiſcopi P. Franciſci Roits ejuſdem Eccleſiæ Paſtoris è noſtra Societate tranſtulit, & propria manu noſtrorum rogatu tranſcripſit, ut in hos Commentarios inſererentur, ne quando periret tam inſigne antiquitatis monumentum. Id igitur ita ſe habet.*

„ *In Breviario Chaldæo Eccle-* „ *ſiæ Malabaricæ Divi Thomæ, quod* „ Gaza, *id eſt,* Theſaurus *vocatur,* „ *in officio D. Thomæ Apoſtoli in ſe-* „ *cundo Nocturno, in una Lectio-* „ *num ſic habetur ad verbum:*

„ I. *Per Divum Thomam evanuit error Idololatriæ ab* In- „ dis.

„ 2. *Per Divum Thomam* Sinæ & „ Æthiopes *converſi ſunt ad Veri-* „ *tatem.*

„ 3. *Per Divum Thomam Bapti-* „ *ſmi Sacramentum acceperunt &* „ *filiorum adoptionem.*

„ 4. *Per Divum Thomam crediderunt & confeſſi ſunt Patrem* „ *& Filium & Spiritum Sanctum.*

„ 5. *Per D. Thomam acceptam ſervaverunt fidem unius Dei.*

„ 6. *Per D. Thomam Doctrinæ vivificæ ſplendores orti ſunt univerſæ Indiæ.*

„ 7. *Per D. Thomam Regnum* „ *Cœlorum volavit & adſcendit* „ *ad* Sinas.

Deinde in quadam ANTIPHO- „ *NA ſic habetur: India, Sina, Perſæ & ca-*

„ & cæteri Inſulani, & qui in Syria, „ Armenia, Græcia & Romania in „ commemoratione Divi Thomæ of„ ferunt adorationem nomini tuo „ Sancto.

In ſumma verò CANONUM SYNODALIUM part. 2. ſerm. 6. c. 19. de Canonibus conſtitutis ſuper Epiſcopos & Metropolitanos, ſimul habetur Canon THEODOSII Pa„ triarchæ in hac verba: Hæ ſex „ ſedes capita provinciarum & Me„ tropolitæ, videlicet Hilam, Nzi„ viñ, Prath, Aſſur, Bethgarmi, & „ Halab, qui digni habiti ſunt, ut „ ordinationi Patriarchæ interve„ niant, nec abſint, ut alii quarto „ quoque anno apud Patriarcham „ conveniant: Sic etiam Epiſcopi „ magnæ Provinciæ, nimirum reli„ qui Metropolitæ, Chinæ, Indiæ, Pa„ les, Mauſæorum, Xan, Raziguæo„ rum, Heriona (hæc eſt Cambaja) „ & Smarcandia (hæc eſt Usbec & „ Mogor) qui longiſſimè abſunt, nec „ vaſtiſſimi montes, & turbulentiſ„ ſima maria permittit eis tranſitum „ ad libitum, mittant litteras con„ ſenſionis (id eſt, communionis) ad „ Patriarcham ſexto quoque an„ no.

Quando verò Luſitani Cocinum appulerunt, regebat hanc Eccleſiam Malabaricorum montium D. Jacobus, qui ſic ſcribebat: METROPOLITA INDIÆ & CHINÆ, ut conſtat etiam ex ejuſdem manuſcripto Novi Teſtamenti codice, ubi in calce ſic habetur: Scripſit hunc Librum D. Jacobus, Metropolita Indiæ & Chinæ. Eodem modo D. Joſeph poſt prædictum D. Jacobum, qui Romæ diem obiit, ſic ſubſcribebat: D. Joſeph Metropolita totius Indiæ & Chinæ. Et hic eſt antiquiſſimus titulus Epiſcoporum hujus Eccleſiæ.

Hactenus *Trigautius*, & *Liturgia*, cæteraque, quæ profert, *Teſtimonia*.

E quibus liquet, D. *Thomam Apoſtolum* ipſius judicio Chriſtianiſmi etiam apud Sinas conditorem fuiſſe.

Eandem ſententiam *Schallius* in Templi Pequinenſis inſcriptione, quam ſuprà recenſui, ſuam fecit.

Sic & *Kircherus*, qui *Apoſtoli iter* curioſè deſcribit pag. 91.

Et *veteres* quidem communiter teſtantur, *Thomam* Apoſtolum Indis prædicaſſe. *Hieron.* ad Marcellam. Gregor *Nazianz.* homi. Contrà Arianos, *Theodor.* de verit. Evang. libr. IX multiq; alii, quos Thomas *Stapletonus* laudat in de *tribus* Thomis p. 941. *T. IV. opp.*

India verò nonnunquam etiam *extremum Orientem* complectitur vid. *Comm. in M. P. Venetum.*

Prætereà *Thomam* in *Malabare* docuiſſe, Marcus *Polus* Venetus refert.

refert, libr. III. cap. 27. Ibi verò *Martyrio* coronatus eſſe dicitur. Et *Calamina* quidem, hoc eſt, *ſuper petrâ*, vid. *Kirch.* p. 53. Thomæ certè corpus, quod Meliapore in æde quadam ſepultum ſit, religiosè viſitatur tàm à *Saracenis*, quàm *Chriſtianis*, autore vel teſte eodem Veneto.

Nicephorus quoque tradit, eundem Apoſtolum Eccleſias in *Taprobanâ* plantaſſe. Libro ſcil. II. cap. 40. *Taprobana Zeilan* eſt. Vid. Bochart. Geogr. Sacr. P. II. p. 770.

Zeilanenſes verò *Cinlan* dicuntur, hoc eſt, ſinarum Colonia.

Sed incerta eſt hæc traditio. Ac ipſe *Boimus* dubitat D. Thomæ Apoſtolo ſinarum converſionem aſſerere. (vid. *ſuprà cap. 1. p. 7.*)

Imò alius & longè recentior Thomas fuerit, à quô *Malabares*, ne *Sinas* dicam, *fidem* acceperunt; & *Chriſtiani*, quos *S. Thomæ* vocant, *nomen*.

Imò ipſi *Malabares* Thomam Apoſtolum ſuum, non *Apoſtolum* vocant in Liturgiâ, ſed ܡܪܝ ܬܐܘܡܐ *Martome*, hoc eſt, *Dominum Thomam*. Ut & *Avarijam* hoc eſt, *virum Sanctum*, M. *Polo* Veneto teſte. Avarijam verò non *Apoſtolum* ſignificat, ſed *virum Apoſtolicum*. v. Comment. *Gloſſar. in* M. *P. Ven.* & *Gloſſ. Sacr.* p. 51.

Quis autem alter ille *Thomas* fuerit, qui Jndis Evangelium tradiderit, apud *Guſmanum* legi poteſt, libr. II. cap. 27. & apud *Goveam* pag. 16.

Goveâ teſte, *Thoma Cane* dictus erat à Malabaribus. Fortè *Thoma Kaſis*, hoc eſt, *Thomas Presbyter*. *Zome* Indis, Emanuele *Nobregâ* teſte.

Abdias tamen *Babylonius* diſertè ſcribit: *Thomam Apoſtolum in Cataja & regno* Mangiæ *usq; ad Oceanum pervagatum eſſe crediderim.*

Idem *Armenorum* libri teſtari dicuntur, quorum non parva eſt inter Sinas autoritas. v. *Mendoz.* II. 1. *Dreſſer.* II. 7.

An item S. Thomas Apoſtolus in *Braſiliâ* docuerit, judicent alii. Quorum quidam aſſerunt nomen ejus ibi non incognitum fuiſſe. Quod obſervatum ſit, cum ab Europæis terra reperiretur. Vid. *Horn.* Orig. Amer. IV. 15.

11. Sunt porrò alii, qui à S. *Bartholomæo*, itidem Apoſtolo, *Sinarum* fidem arceſſant.

Hunc *Indis* prædicâſſe, *Euſebius* fidem facit libr. V. cap. 10.

Trigautius verò refert ſacrificulos Sinas, qui quidem Sectæ Xacæanæ ſunt, in cantilenis ſœpius vocem *Tolome* repetere, ſed, quid ſit, ignorare. Prædicta ſecta verò Sinis illata eſt anno

no

no Chriſti 65. quo tempore *Bartholomæus* in *ſuperiore Indiâ*, *Thomas* in *inferiore* laboraſſent.

Quare vox *Tolome* ex Apoſtoli Bartholomæi nomine eſſe videri queat. Vid. *Trigaut.* l. c. *Neuhof.* p. 310. Chr. *Arnold.* add. ad Roger. p. 580.

III. Quod item ipſi Sinæ de Sectâ *Xaca* referunt, quæ anno Chriſti 65. ex *Indiâ* in Sinas traducta ſit, de *Chriſtianâ* intelligi poſſit *doctrinâ*.

Sinarum Hiſtoriam in Epitome Hiſtoriæ Sinicæ ad annum jammodò dictum enarro. Neque eam temerè in dubium vocem. Jamque ſecta illa *Xe kiao* Sinicè dicitur, hoc eſt, *Crucis doctrina*, ſecundum *Boimum*. Eſt & magna Sectæ hujus & Romanenſis Eccleſiæ convenientia, ſecundum *Riccium*, *Trigautium* & alios. Unde nuperè ferè cum iis ferè fecerim in *diſqv. de Chatajâ* p. 58. b. Nunc autem videantur, quæ in Notis ad *Moſis Mardeni epiſtolam* monui, pag. 34.

Judicium penes Lectores eſto.

SECULO II.

Virorum Apoſtolicorum & *Antoninorum.*

EXacto ſeculo Nativitatis Chriſti Chriſtiani in convertendis Gentibus ſegniores haud fuerunt.

Tantummodò *Gentium nomina* non reperimus in *Hiſtoriâ Eccleſiaſticâ*. Imò reperimus, ubi temporum illorum Patres *omnes* laudant, quibus Evangelium notum fuerit, gratumque. Vid. Justin. Mart. ad Tryph. *Irenæus* ad. Hær. I. 2. 3. conf. *Euſeb. IV. 6. 7.* *Calviſ.* ad ann. 139.

Cumque Euſebius *Scythas* Chriſtianis annumeret, *Scythas* verò intelligat extremi Septentionis, quis de *Sinis* dubitet? A *vicinis* enim *gentibus* non leve argumentum capi poteſt. Tales ſunt *Scythæ*, *Tartari* extremæ Aſiæ, *Indi*, *Chataji*.

SECULO III.

Origenis & *Diocletiani.*

NEque tertio ſeculo ceſſatum eſt Chriſti nomen propagari.

I. Ne ab *hæreticis* quidem.

Sub *Aureliano* enim MANES, Manichæorum conditor, novos doctrinæ ſuæ Apoſtolos per Orientem in Indiam & Sinam usque miſit. Verba ſunt *Gregorii Malatienſis*, pag. 82. Qui addit, eum *Metempſychoſin* ſparſiſſe & duos DEOS; poſterioris verò, causâ الثناوي

Althenavlum dictum, hoc eſt, *Binionem*.

Utrumq; Sinis in ipsô *Paganiſmô* credi obſervatum eſt.

Hanc Manichæorum operam confirmat *Buddæ* nomen.

Buddas, Scythiani, mercatoris *Saraceni*, diſcipulus, Manetis præceptor fuit. E Brachmanibus Indiæ, Ita *Suidas* in voce *Manes*.

Buddam Indi *ſapientem* vocant ſeu *Philoſophum*. Sicque *Xacam* ipſum. Traduntque Brachmanes Deum, quem *Wiſtnou* vocant, nonâ vice ſub nomine *Budda* apparuiſſe. v. Abr. *Roger*. de Paganiſmò Bramium p. 252. 266. 472.

II. Novum Chriſtianiſmi in ipſis Sinis judicium *crux ferrea* fuerit, quæ anno Chriſti 239. fabricata, nuper demum reperta ſit, autore *Boimo*, (ſuprà p. 7. lin. 203.) conf. *Martin*. Atl. Sin. 97. b.

SECULO IV.

Conſtantini M. & Concilii *Niceni*.

I. Porrò, *Seres* Sinenſium populus.

Seres verò Chriſtianis annumerat converſis *Arnobius*. libr. I. contrà Gentes.

II. *Chryſoſtomus* quoque Sinas hoc ſeculo non ſine Evangelio fuiſſe affirmat, ubi illud & *Indis* annunciatum eſſe teſtatur, ὓς πρώτȣς ἀνίχων ὁ ἥλιος ὁρᾷ, *quos primos ſol exoriens reſpicit*. Homil. *quod ſcripturarum Lectio ſit utilis*. Confer. *Oomii* Mohammediſmum pag. 36. ſ. De hoc *genere loquendi* verò vid. Diſſert. de *Novi Teſtam. Syr.* p. 12. Neque tamen *Indi* illi prætereuntur in *Hiſtoria Eccleſiaſtica*. Teſtatur enim τὰ ἐνδοτέρω τῶν ἰνδῶν ἔθνη [*interioris Indiæ*] *gentes* Chriſtianam recepiſſe fidem, etiam captivorum ſtudio, *Frumentii* & *Ædeſii*. Legatur omninò *Sozom*. *II*. 23. *Socrat*. *I*. 15. *Theodoretus I*. 23.

SECULO V.

Auguſtini & *Theodoſi* Junioris.

Gothorum verò hoc tempore *Chriſtianiſmum*, eorumque *migrationes* quis neſcit? Ego verò facilè credo, quod *Martinius* ſcribit, loco mox citato: *Vidi*, inquit, *unà cum ſociis hîc* (in urbe *Changcheu*, Provinciæ *Fokien*) *apud literatum quendam volumen vetus*

Digitized by Google

tus, Gothicis Characteribus diligentiſſimè exaratum. Adhibita fuit papyri loco membrana tenuiſſima. Maxima ſcripturæ pars Latinè erat conſcripta. Tentavi librum ut aſſequerer. At ejus Dominus tametſi gentilis nec prece nec precio ullo adduci potuit, ut traderet, in ſuâ familiâ per multas jam nepotum progenies tanquam rariſſimum quoddam antiquitatis cimelium adſervatum illud aſſerens. Sic ille

Ergò per *Gothos* quoque Chriſtiana fides Sinis innotuit aliquando

SECULO VI.

Juſtiniani.

POrrò *Serici* conficiendi ratio à Sinis, niſi fallor, inventa eſt.

Inventionem Sinæ *Hoangtio* Imperatori tribuunt, teſte Mendozâ. Circà annum verò 536. duo *Monachi Indi* artificium hoc Conſtantinopoli tradiderunt. Unde poſteà in Italiam devenit. Ita *Baronius*. Inde verò colligitur in *Indiâ* Chriſtianorum aliquem numerum fuiſſe. Et fortè *India extrà Gangen* fuit, unde Monachi venerant.

SECULO VII.

MOHAMMEDIS.

SEptimum tandem Seculum hoc ipſum eſt, quo Chriſtiana fides Sinis denuò illata ſit, fide *Monumenti*. Quare ſufficeret ad demonſtrandam Chriſtianiſmi in Sinis notitiam.

SECULO VIII.

Controverſiæ Iconomachicæ.

HIc de PRESBYTERO JOHANNE *Faſcic. temporum* hæc habet:

Ogerus, Dux in India ſuperiori, Joannem, Regis Friſorum filium dictum PRESBYTER JOHAN, *præfecit Imperio, & ſubjecit ei quatuordecim Barones, ut ibi Chriſtiana religio permaneret.* Unde autor habeat, non liquet. De *Presbytero Johanne* fabulæ multæ, ſed illud certum eſt; Fuiſſe *Monarcham*, qui tale propemodum nomen habuerit. Aſt non *Africanum*; ſed *Aſiaticum*; non *Presbyterum Joannem* dicendum, ſed qui *Preſter Han* ſit dictus. Vid. *diſquiſit. de*

Digitized by Google

Chat. p. 60. 61. 89. Comm. in M. P. Venet.

Ceterum Presbyteri Joannis nomen *primus* Europæ intuliſſe dicitur *Venetus*. Quod non videtur. Extat enim apud *Vincentium Belnacenſem*, & Gvilhelmũ de *Rubruquis*, qui Veneto priores erant. *Rubruquis* verò originem nominis ab illo tantum tempore deducit, quô *Galli Antiochiam* ceperunt, hoc eſt anno Chriſti 1098. Quod multum abeſt à ſeculo octavô. Eſt autem hoc ſeculum erecti *Monumenti* Sinici. Quod tamen *Hornius* omninò rejicit, in de Originibus Americanorum IV. 15. Sed mox addit: *Quicquid ſit, conſtat Neſtorianos in Cataja & Sinis ante multa ſecula invaluiſſe ac imperatores earum gentium ad fidem Chriſtianam convertiſſe, qui Presbyteri Iohannes uſitato Europæis nomine dicti propterea fuere. A quô tempore Chriſtiani ritus Sinenſibus & Catainis innotuere, & in profanas ſuperſtitiones* (*paulatim ut fieri ſolet mutati ſunt*. De *converſione Imperatorum* mihi quidem non conſtat, niſi è *Monumento Sinico*. Primus enim qui Presbyter Joannes dicebatur jam tnm Chriſtianus erat, cum regnum Catajæ invaderet. Indeque colligo non ſeculo demum undecimo Karakithajos Chriſtianos factos eſſe ſed longè ante. Maximè, ſi inde in Americam tranſiiſſet Chriſtianiſmus.) Id enim eſt quod *Hornius* vult.

SECULO IX.

Fundati *Imperii Germanici*.

SECULO X.

Ottonum.

SECULO XI.

Henricorum.

SEquente hoc temporum intervallo quis Chriſtianiſmi Sinici ſtatus fuerit, non memini me legere. Sed

SE-

SECULO XII.

Frid. *Barbaroſſa*.

JOhannem, quem *Presbyterum* vocant, cujus etiam jammodò memini, in *extremo Oriente* Religionem Chriſtianam, etſi illa Neſtoriano permixta eſſet fermento, profeſſum eſſe, Gabulenſis Epiſcopus Eugenio Papæ referebat. Teſtis *Friſingenſis*, VII. 33.

Ioannes etiam, *Patriarcha Indus* haud poſtremus, ad Calixtum Papam venit circà annum 1119. *Schedelio* autore.

SECULO XIII.

Initii *Auſtriaci* Imperii.

SEculò verò *decimo tertio* Chriſtianiſmi Sinici fama largius innoteſcere cœpit. Per Gvilielmum de *Rubruquis*, M. *Polum* Venetum, *Haythonem* & alios.

Rubruquis refert, *Neſtorianos* quindecim in *Chatajâ* civitates incoluiſſe, *Epiſcopatum* verò habuiſſe in Civitate *Segin* dictâ. Habuiſſe item libros ſacros *Syriacè* ſcriptos, ſed quos vix intelligant. cap. 28.

Cumque hôc ſeculô *Gingiſchanidæ* Ungchanidas, hoc eſt, *Presbyteros Ioannes* debellarent, Chriſtianæ fidei tanto magis invaluit & *fama* & *virtus*.

Chriſtianus erat *Ungchan*. Chriſtiani *Igurai*. Eratque Epiſcopus eorum *Mar Denha*. Chriſtiani multi alii. Dicebantur autem in Oriente *Catholici* & *Meſſiani*. Sed ſub *Gingiſchanidis*, Sinarum tandem Dominis, quàm maximè floruit ſancta religio.

Ipse *Gingiſchanus*, familiæ conditor, Chriſtianis non parum favebat. Occaſione ſomnii, in quô Epiſcopi Mar *Denha* viderat habitum.

Sub *Cayucô* Gingiſchanidarum tertiô, adeô benignè Chriſtianiſmus habitus eſt, ut non tantùm Metropolitæ, Epiſcopi & Monachi, etiam *Franci*, *Ruſſi*, *Syri*, *Armeni*, qui Chriſtiani eſſent, adventantes magni fierent, ſed *Mogulenſium* quoque multi, tàm principes, quàm plebeji Chriſto nomen darent, ſeque invicem *Syriacè* ſalutarent, verbis *Barech Mor* hoc eſt: *Benedic Domine*. Ita ſc. Sacerdotes ſalutabant. Æquè ut Græci dicere ſolebant: *Eſlogimena Deſpota*. Quibus à ſacerdotibus reſpondebatur: *O theos eſlogito ſenam*. *Schildeberg*.

berg. cap. 54. Cayuci etiam *Atabegi* ſeu Tutores duo Chriſtiani erant.

Ut & *Tulichani* uxor, adeoque *Hoccota*, Magni Tartariæ & Sinarum Domini, fratraria, *Muncaca* & *Cubla* mater, Ungchani fratris filia, *Sarcutna Bigi* nomine, Chriſtiana erat, quæ Metropolitas & Monachos magni faceret, eorumque benedictionem rogaret.

Cumque *Muncaca* Imperium adiret (factum hoc anno Chriſti 1252.) & *Chatajis* tributum imponeret, Religioſos tàm Chriſtianorum & Mohammedicorum, quàm Ethnicorum immunes præſtitiſſe ſcribitur. Indeque colligitur Chriſtianos in Sinis fuiſſe.

Marcus verò *Polus* Venetus, qui circà annum Domini 1270. in *Sinis* vixit, imò *Proregis* honore functus eſt, Chriſtianos quamplures ibi reperit. Teſtaturque eos Eccleſias habuiſſe in urbibus *Quinſay* & *Cingianfu*. Nominat etiam Præſulem eorum, *Mar Sargis* dictum. Vid. *Itinerar.* ejus libr II. cap. 25. 61. 63 conf. *disqu.* de Chatajâ, p. 57. 89.

Venetus *Allaui* non rarò meminit. Eſt hic ille, qui *Hulagu* aliàs dicitur. Hujus uxor erat *Ducuz*. Apud *Haythonem* cap. 27 *Doucoscaron* dicitur. Sed legendum *Doucos Chatun*. *Doucos* proprium nomen eſt. *Chatun matronam illuſtrem* Tartaricè ſignificat. Hæc verò Chriſtiana erat omnium conſenſu.

Ipſi quodque *Magni Chani* quidam Chriſto quondam nomen dederant. *Muncaca* videlicet, Haytho c. 24. *Cubla*. vid. *Hayth.* c. 19. Sic & *Chanorum* conſanguinei, *Allau*, *Nicolaus*, *Argon*, *Baydo*, *Kazan*.

SECULO XIV.

Caroli IV.

HOc tempore *Odòricus* & Joannes *Mandevillanus* in Sinis vixerunt.

Odòricus in urbe *Zaiton* (Eſt hæc Veneti *Zarten*) duos offendit *Minoritarum* Conventus.

Johannes verò *Mandevillanus* Itinerarii cap. 32. de regno *Manchur* agit. Hæc *Mangi* eſt. De quâ ſic habet: *Prima quam ingrediebamur civitas eſt Lachori, diſtans unâ diatâ à mari, & mirabamur & gravisſi ſumus nos inveniſſe integram civitatem Chriſtianæ fidei: Nam & major pars regni credit in Chriſtum.* De urbe *Canſay* verò ſic: *Multi ſunt ibi Chriſtiani, & multæ religiones Chriſtianorum. Sed & de ordi-*

ordinibus Minorum *& Prædicatorum, qui tamen ibi non mendicant.* Capite 33. *In Iamcban civitate eſt Conventus fratrum Minorum. In hac ſunt tres Eccleſiæ Monaſteriorum. Reditus ſimul aſcendit ad XII. Cuman* (leg. *Tuman*, quod eſt, *myrias*) Cap. 35. *Magnus Can habet Medicos Chriſtianos ducentos, & totidem Phyſicos. Et majorem confidentiam gerit in Medicis Chriſtianis, quàm in propria ſuæ nationis medicis.* Cap. 38. *multi de nobilibus ſunt jam in Chriſtianitate baptizati.*

SECULO XV.
Captæ *Conſtantinopolios.*

SEquitur Nicolaus de *Conti* Venetus. Hic de *Idololatris* (quos vocat) refert, quòd mane ſurgentes faciem ad Orientem convertant, manus complicent, dicantque: *Dio in trinità nella ſua legge ci voglia difendere; Trinune Deus, defende nos in tuâ lege.* Interpres Batavus de incolis regni *Aria*, hoc eſt, *Ava*, intelligit. Sed Nicolaus de *Macinû* loquitur, hoc eſt, Sinis ſeptentrionalibus.

Eodem ſeculo Joſaphatus *Barbarus* vivebat. Hic ſcribit: *Religionem Catainorum puto Ethnicam eſſe. Quamvis plurimi Zagataini aliarumq; nationum homines, qui inde revertuntur, Chriſtianos eſſe affirment.*

SECULO XVI.
Lutheri.

HOc illud ſeculum eſt, quo novas cùm *viciſſitudines* tùm *propagationes* ſortita eſt Eccleſia Chriſti. Quod enim Romanenſibus per arduum & neceſſarium Reformationis negotium deceſſit, hoc ipſum maturè reſarcire ſtuduit noviter inſtituta Societas JEſu. Quæ ideoque ad extremum usque Orientem penetravit. Vid. *Widmanſtad.* præfat. Novi Teſt. Syr. p. 12. 32.

Sinas verò primus ambiit Franciſcus *Xaverius*; Primus juvit Alex. *Walignanus*; Primus docuit cum Michaële Rogeriô, Matthæus *Riccius*. Poſtque quamplurimi alii; Non *Jeſuitæ* tantùm, ſed & *Dominicani* ac *Franciſcani*. Præſtantiſſimi

Digitized by Google

mi Jeſuitarum fuerunt Nicol. *Trigautius*, Alvar. *Samedus*, Jacobus *Pantoja*, Sabbathinus de *Urſis*, Nicol. *Longobardus*, Jac. *Rho*, Thom. *Cataneus*, Alphonſus *Vagnonius*, Joh. Adamus *Schallius*, Andr. *Xaverius Coſter*, Martin. *Martinius*. Hi verò non magno tantùm ſtudio Chriſtianiſmum quomodocunque plantarunt, ſed & priſtina Chriſtianiſmi indicia non pauca repererunt. Vid. *Trigaut*. Exped Sin. I. 10. Mitto illo, quæ in hâc ſententiam *Vartomannus*, *Cadamuſtus* & alii habent.

SECULO XVII.
Luctantis Germaniæ.

QUò quantum profecerint Jeſuitarum expeditiones, annuæ illorum literæ aliæque, quæ abunde extant, relationes, ſatis docebunt. Legant, qui volent, *Trigautium*, *Monfortium*, *Samedum*, *Longobardum*, *Intorcettam*, *Neuhoſium*, *Dapperum* &c.

Luc. IX, 49.

Qui non eſt adverſum nos, pro nobis eſt.

OBSERVATIO TERTIA.

ELENCHUS REGUM SINICORUM;

Quotquot hodiè
Sinenſium annalibus nondum integrè editis,
de nomine noti ſunt.

SInicorum Imperatorum Hiſtoriam *primus* Europæ tradidit *Ioh. Conſalv.* MENDOZA, Ord. S. Auguſtini. Idque *libri tertii* Hiſt. Sin. *cap. primo*.

Hunc ſequitur *Hieron. HENNINGES Genealog. Tom. IV. Part. II. p. 445 Ioſephus* item SCALIGER in *Canonibus Iſagogicis*. Sed qui certiora ab Argonautis Batavicis expectabat.

Intereà *Martinus* MARTINIUS *Annalium Sinicorum Epitomen* quandam edidit. Inque ea res Regum præcipuè enarrat. Sed eorum tantùm, qui ante natum Chriſtum imperarunt.

Duos iſtos Sinenſis Imperii ſcriptores adeò non convenire, in *Commentario* de *Monum. Sinic.* monui, pag. 25.

Ipſam

Ipſam verò *Diſcrepantiam* ſatis ſuperque deprehendes è

COLLATIONE ANNALIUM

	MENDOZÆ		&	MARTINII.			Additam.
	Nomin.	*regnavit annos.*		*Nomin.*	*Cœpit regnare. ann. ante Chriſt.*	*Regnavit annos.*	*Vixer. circà temp.*
1.	Tain, *Si-narũ Pro-toplaſta. II. 1.*			Tao.			
2.	Panzone, & Pãzona, *conjuges, Protopla-ſti.*			Puoncu.			
3.	Tanom.						
4.	Teien-com, *fil.*			Thien hoang. *cui* XIII. *ſuc-ceſſerunt ſua fami-lia.*			
5.	Tuuncom, *fil.*			Tihoang. *cui* XI. *ſuc-ceſſerunt ſua fami-lia.*			
6.	Lotzi-tzam, *Deutero-plaſtus.*			Ginhoãg. *cui* IX. *ſuc-ceſſerunt ſua fami-lia.*			

7. Azao

Digitized by Google

	MENDOZÆ		&	MARTINII.			Additam.
	Nomin.	Regnavit annos.		Nomin.	Cœpit regnare ann. ante Chriſt.	Regnavit annos.	Vixer. circa Temp.
7.	Azalan, *fil.*	800. vit.					
8.	Atzion, *cœli & Lutimæ fil.*	900. vit.					
9.	Uſao.			ye.			
10.	Huntzui.			Sui.			
				ABORIGINES.			
11.	Ochieutei, *Parthenius.*	400. vit.	1.	Fohi, *Parthenius.*	2952.	115.	Paulo poſt *Henochi ἀνάβασιν.*
12.	Ezonlom, *Fil.*		2	Xinnung.	2837.	140.	Paulo ante *Noa nativitatem.*
1.	Vitei. *Ejus ſucceſſores 115. fuerunt. Centeſimus decimus ſextus Tzinzom.*	100.	3.	Hoangti.	2697.	100.	mort. *Kenan.*
			4.	Xaohau *Fil.*	2597.	84.	
			5.	Chuenhio, *Hoangtii ex fratre nepos.*	2513.	78.	mort. *Iaredi.*
			6.	Co. *Xao-*	2435.	70.	nativ. *Iapheti.*
			7.	*haui nepos.*	2357.	90	cxx. annorum Pœnitentiæ.
			8.	Yau. *Fil.*	2258	33.	Semiramidis,
				Xun. *Fil.*		710.	quæ hoc temp. Imperium adibat.

I. HIAA

MENDOZÆ		&		MARTINII.		
Nomin.	*Regnavit annos.*		*Nomin.*	*Cœpit regnare ann. ante Chriſt.*	*Regnavit annos.*	*Additam. Vixer. circà Temp.*
			I. HIAA.			
		1.	Yu.	2207.	10.	*Turris* Babylon. & Nativ. *Pelegi.*
		2.	Khi. F.	2197.	9.	
		3	Taikang. F.	2188.	29.	
		4.	Chumkang. Fr.	2159.	13.	
		5.	Siang. F.	2146.	27.	
			aizon Interregn.		04.	
		6.	Xaokang. F.	2079.	22.	
		7.	Chu. F.	2057.	17.	
		8.	Hoai. F.	2040.	26.	
		9.	Mang. F.	2014.	18.	Nativ. *Abrahami.*
		10.	is. F.	1996.	16.	
		11.	Pukiang. F.	1980.	59.	
		12.	Kung. *Fr.*	1921.	21.	
		13	Kin. F.	1900.	21.	
		14.	Cungkia. *Pukiangi Fil.*	1879.	31.	Immolati *Iſaaci.*
		15	Cau. F.	1848.	11.	
		16.	Fau. F.	1837.	19.	Nat. *Iſaaci* & *Iacobi.*
		17.	Kie. F.	1818.	52.	
					441.	
			II. XANGA.			
		1.	Tang.	1766.	13.	Peregrinat. *Iacobi.*
		2	Taikian. *Nep.*	1753.	33.	
		3.	Voting. F.	1720.	29.	Evecti *Ioſephi.*
		4.	Tai*k*eng. F.	1691.	25.	
		5.	Siao*k*iau. *Fr.*	1666.	17.	
		6.	Yungieu. *Germ.*	1649.	12.	

Digitized by Google

MENDOZÆ		&	MARTINII.			Additam
Nomin.	Regnavit annos.		Nomen.	Cœpit regnare anno ante Chriſt.	Regnavit annos.	Vixer. circa Temp.
		7.	Tayu. Germ.	1637.	75.	
		8.	Chungting. *Fil.*	1562.	13.	Paulo poſt Nativ. *Moſis.*
		9.	Vaigni. *Fr.*	1549.	15.	
		10.	Hotankiau. *Fr*	1534.	9.	
		11.	Zujeu. *F.*	1525.	19.	
		12.	Zuſing. *F.*	1506.	16.	
		13.	Vokiau.	1490.	25.	paulo poſt *Exodum.*
		14.	Zuting. *Nep.*	1465.	32.	
		15.	Nankeng. *Vok. F*	1433.	25.	morti *Ioſuæ.*
		16.	Yangkiau. *Fr.*	1408.	7.	
		17.	Buonkeng *Fr.*	1401.	28.	
		18.	Siaoſing. *Fr.*	1373.	21.	
		19.	Siaoye. *F.*	1352.	28.	
		20.	Huting. *F.*	1324.	59.	
		21.	Zukeng. *F.*	1265.	7.	*Gideonis.*
		22.	Zukiau. *Fr.*	1258.	33.	
		23.	Linſin. *F.*	1225.	6.	
		24.	Kengting. *Fr.*	1219.	21.	
		25.	Uuyeu. *F.*	1198.	4.	
		26.	Taiting. *F.*	1194.	3.	
		27.	Tiyeu. *F.*	1191.	37.	
		28.	Che. *F.*	1154.	33.	*Simſonis.*
					*645.	(*Mart. 643.)
			III. CHEVA.			
		1.	Fau.	1122.	7.	*Samuelis.*
		2.	Ching. *F.*	1115.	37.	
		3.	Kang. *F.*	1078.	26.	*Saulis.*
		4.	Chau. *F.*	1052.	51.	*Davidis.*
		5.	Mou *F.*	1001.	55.	*Salomonis.*

6. Cung

Digitized by Google

MENDOZÆ		&	MARTINII.			Additam.
Nomin.	Regnavit annos.		Nomin.	Capit regnare ann. ante Chriſt.	Regnavit annos.	Vixer. circa Temp.
		6.	Cung. F.	940.	12.	Aſſa.
		7.	Is. F.	934.	25.	
		8.	Hiau. Fr.	909.	15.	Ioſaphati.
		9.	Is. F.	894.	16.	
		10.	Lius. F.	878.	51.	Ioaſi.
		11.	Sjveng. F.	827.	46.	Amaziæ.
		12.	Jeu. F.	781.	11.	Uſiæ.
		13.	Pingus. F.	770.	51.	
		14.	Uon. Nep. ex Fr.	719.	23.	Ezechiæ.
		15.	Chuang. F.	696.	15.	Manaſſis.
		16.	Li. ex reg. Ci.	681.	5.	
		17.	Hoei. F.	676.	25.	
		18.	Siang.	651.	33.	
		19.	Hiang. F.	618.	6.	Ioſiæ.
		20.	Quang. F.	612.	6.	
		21.	Ting. Fr.	606.	21.	Iojakimi.
		22.	Kien. F.	585.	14.	Excidii Hieroſol.
		23.	Ling. Fr.	571.	27.	
		24.	King. F.	544.	25.	
		25.	King. Fr.	519.	44.	Soluta Captiv. Babylon.
		26.	Yuen. F.	475.	7.	Xerxis.
		27.	Chinting. F.	468.	28.	
		28.				(*Incip. ANNI BELLORUM fermè trecenti.)
		29.				
		30.	Gau. F.	440.	15.	
		31.	Gueilie. F.	* 425.	24.	
		32.	Gan. F.	401.	26.	Artax. Memor.
		33.	Lie. F.	375.	7.	
		34.	Hien. Fr.	368.	48.	
		35.	Xicing. F.	320.	6.	Initii Monarchiæ tertiæ.

 36.Fo

MENDOZÆ				&	MARTINI.			Additam.
	Nomin.	Regnavit annos.			Nomin.	Cæpit regnare ann. ante Chriſt.	Regnavit annos.	Vixer. circà Temp.
				36	Fo. *Fil.*	314.	60.	
				37.	Cheukiun *Fr.*	254	9.	
		Hactenus 2257.					* 877	(*Mart. 875.)
					IV. CINA.			
116.	Tzintzom *muri conditor.*	40.		1.	Ching. *Al.* xi, *muri conditor.*	246.	37.	*Seleuci Callinici.*
117.	Anchioſau.	12.		2	Ulxi. *Fil.*	209	3.	
118.	Futei. *Fil.*	7.		3.	Ing.	206	d.46.	
119	*Mulier.*	18.					40. d.46. *	(*Mart. 41.)
120.	Anchoſai *fil.*	23.						
121.	Cuntei.	16. menſ. 8.						
122.	Humtei.	54.						
123.	Ghiantei.	13.						
124.	ochiantei.	25.	3.					
125.	Coantei.	16.	2.					
126	Tzentzei.	26.	4.					
127.	Autei.	6.						
128.	Pintatei.	4.						
129.	Tzinzami.	3.	7.					
130.	Huihannon.	6.						
131.	Cùbum.	32.						
132	Bemtei.	18.						
133.	Untei.	13.						
134.	Otei.	17.	5.					
		352.	5.					

137. Jan-

	MENDOZÆ Nomin.	Regnavit annos.	&	MARTINII. Nomin.	Capit regnare ann. ante Chriſt.	Regnavit annos.	Additam. Vixer. circà Temp.
135.	Jantei. I.	8.					
136.	Antei. I.	19.					
137	Tantei.	3.					
138.	Chitei.	1.					
139.	Quantei.	21.					
140.	Lintei.	22.					
141.	Jantei II.	31.					
142.							
143.	*Interregnum.*	41.					
				V. HANA.			
144.	Chumbu tei. *Fil.*	25.	1.	Lieupang.	206.	12.	*Onia III.*
145.	Fontei, *cũ*	176.	2.	Hoey, *Fil.*	194.	7.	
160.	*Poſteris XIV.*		3.	Lieuheu, *femina.*	187.	8.	
168.	Tzou, *cũ poſteris VII.* Sutei, *ult.*	62.	4.	Uen.	179.	23.	
			5.	Hiaoking.	156.	16.	*Ionatha Maccabai.*
			6.	Hiaouu. F.	140.	54.	
			7.	Hiaochaü	86.	12.	*Alexandri Iamnai.*
173.	Cotei, *cũ poſteris* IV. Otan, *ult.*	24.	8.	HO. *Patrug.*	74.	m. 7.	
			9.	Siven. al. *Pingo Hiaouus nep.*	73.	25.	
177	Dian. *cum poſteris* IV	56.	10.	Jven. F.	48.	16.	
			11.	Ching. F.	32.	26.	
182.	Tim, *cum poſteris V.*	31.	12.	Ngay, *nepos ex fratre.*	6.	6.	Nativ. CHRISTI *Domini.*
185.	Tzui *cum poſteris* III.	37.					
		546.	11.	Hactenus *Martinius.* Sequuntur *Obſervata* mea.			

MENDOZÆ			&	MARTINII.			Additam.
	Nomin.	Regnavit annos.		Nomin.	Cepit regnare ann. Chriſt.	Regnavit annos.	Vixere circà Temp.
206	[illegible] cū poſteris XXIII. Trócon. ult.	294.	13.				
			14.				
207	Bauſa, Monacha, Tronconis noverca, uxor.	44.	15.	Ming.		c.a. 65.	Neronis & primæ Perſecutionis.
			16.				
			17.				
			18.				
214.	Tautzon, Bauſa privignus & interfector. cum Poſteris VIII. Couchā. ult.		19.				
			20.				
			21.				
			22.				
			23.				
			24.				
216.	Diam, cum poſteris duobus.	18.	25.				
			26.				
219.	Outon cum poſteris III	15.	27.				
			28.				
221.	Outzim cū poſteris II.	9.	29.			* 460.	(* Mart. & amplius.)
			30.				
				VI. TANGA.			
225.	Tozo cū poſteris duobus.	40.	1.		419.		Honorii, Imper.
			2.				
			3.				
228.	Anchiù, cum poſteris II.	10.	4.				
			5.				
		427.	6.	Jang.	c.a. 610.	199.	Iuſtini Iun.

Digitized by Google

MENDOZÆ & ALIORUM.

	Nomin.	Regnavit annos.		Nomin.	Cœpit regnare ann. Christ.	Regnavit annos.	Additam. Vixer. circa Temp.
				VII. SUN-			
231. 1.	Zaytzon, ex	320.	1.	GA.	618.		Tiberii II.
	Posteris Vi-						Quando Roma
2.	tei, cum		2.				desitum est
3.	posteris		3.				Latine loqui.
	XVI. Hen-						
4.	ninges XVII.		4.				
5.			5.				
6.			6.				
7.			7.	Chin-	c.a. 1005.		Henrici Claudi
8.				cung.			
9.			8.				
240. 10.			9.				
11.			10.	Cao-	c.a. 1135.		Conradi III.
12.				cung.			
13.			11.				
14.			12.				
15.			13.				
246. 16.			14.				
17.	Tepim.		15.			660.	
	Al. Fanfur.	93.		VIII. JVE-			
	TARTARI.			NA.			
1.	Uzou.		1.	Cubla.	1278.		Friderici II.
2.			2.	Tamor, *nepos.*			
3.			3.				
4.			4.				
5.			5.				
6.			6.				
7.			7.	Echiant.	c.a. 1350.		Ioannis Palæologi.
8.			8.	Cosue, *Fil.*			
9.	Tzinzoum		9.			90.	

IX. TAI-

Digitized by Google

MENDOZÆ			&	MARTINII.			Additam.
	Nomin.	*Regnavit annos.*		*Nomin.*	*Cœpit regnare ann. Chriſt.*	*Regnavit annos.*	*Vixer. circà Temp.*
				IX. TAI-MINGA.			
249.1.	Hombù.	cum poſteris XI. annos 200.	1.	Hunguu.	1368.		*Caroli IV.*
2.			2.	Taiçung.			
3.			3.				
4.			4.				
5.			5.	Siven Te.	c.a. 1400.		*Manuelis Comneni.*
6.			6.	Taiçung.	c.a. 1404.		
7.			7.				
8.			8.				
9.			9.				
10			10.				
11.	Hoyien.	c. a. 1576.	11				
262.12.	Bonog.	c. a. 1580	12.				

Hactenus *Mendoza*. Sequuntur *Obſervata* mea.

13.	VVontai Hammion.	c. a. 1596.	13.	Vanlie.	1573.		*Maximil. II.*
			14.	Taichang. F.	1620.		*Ferdinandi II.*
			15.	Thienki. *Fil*	1621.		
			16	Zunchin. *Fr.*	1627.	16.	
				X. TAI-CINGA.			
			1.	Xunchi. *Tart*	1644.	20.	*Ferdinandi III.*
			2.	Canghi. *Fil*	1666.		*Leopoldi I.* QUI VIVAT.

Vi-

Vides *diſſimilitudinem Nominum* &*Numerorum.*

Circà *Numeros SCALIGER duo* obſervavit.

Primum eſt, quòd *initium Regis Vitei* à fine XIII. Ægyptiorum Dynaſtiæ proximè abſit, & ferè ad annum Periodi Julianæ 1900. pertineat.

Alterum, quòd ab *initio Regis Tzintzom* ad annum Chriſti 1580. anni ſint 2000. Qui retrò putati in *anno XII. Belli Peloponneſiaci* deſinant. Hoc eſt, Chriſti nondum incarnati 418. Ita tota Sinenſium Hiſtoria inde à Vitei hodieque ultrà annos 4350. non excurreret ſecundum *Mendozam*. A *Vitei* enim ad *Tzintzomum* annos numerat 2257. Inde anni ſunt ad nativitatem Chriſti 420. Inde 1673. Summa 4350. Quare *Vitei* ante *diluvium* vixiſſet. Vid. *Horn.* Arc. N. p. 13.

Paulò aliter *Martinius*. *Vitei* omninò *Hoangti* eſt. Ab *Hoangtio* ad *Xium* anni ſunt ſecundum *Martinium* 2451. A *Xio* ad Nativitatem Chriſti 246. Inde 1673. Summa 4370. *Differentia* viginti annorum eſt. Quæ tanta non eſt. Illud verò obſervandum eſt, *Tzinzomum* Mendozæ non eſſe *Chingum* Martinii. Utrique quidem *muri* illius famoſi ſtructura tribuitur. Quare etiam alterius nomen in diatypoſi è regione alterius collocavi. Sed *Tzinzomus* ad initia *Annorum*, quæ *Bellorum* appellant, referendus eſt.

Nominum diſcrepantia non niſi è Prototypis Annalium Sinicorum tolli poteſt.

Ceterum Reges à *Vitei* ad *Bonogum* Mendoza numerat 262. Fuiſſet ergò *ultimus* Taimingarum additis *Tartaris*, quos præterit, *ducenteſimus quinquageſimus*. Aſt ſecundum *Martinium* inde ab *Hoangtio centeſimus ſexageſimus ſeptimus*. *Intorcetta* quoque à *yao* (qui quartus erat poſt Hoangtium) ad eundem Taimingarum poſtremum, reges numerat 234. p. 76. Sed & hîc annales deſideramus Sinicos.

Digitized by Google

OBSERVATIO QUARTA.

ICONISMUS *Herbæ laudatiſſimæ,* GINSENG *dictæ.*

De verâ *Zedoariâ* in Diſquiſitione de Chatajâ nonnihil à me ſcriptum, pag. 113. Suſpicabar tùm, eam radicem eſſe, quæ Sinicè *Ginſeng*, Perſicè verò aut Chataicè مابروبين *Maberbin* dicta ſit. Neque adhuc pœnitet ejus conjecturæ. Nunc autem de Herbâ, quæ & ipſa *Ginſeng* dicitur, plura afferre animus eſt.

Martinius ergò in Atlante Sinicô iſta nobis prodidit: *Jungpering*, inquit, *urbs, rectà in ortum ab urbe Regiâ Peking protenditur, tota regio montibus collibusque extuberat. quia tamen adjacet ſinui maris* çang, *nihil eorum, quæ ad vitam ſuſtentandam neceſſaria ſunt, magnoperè in ea deſideratur. Magna piſcium copia eſt, nobiliſſimaque radicis totâ* Sinâ *celebratiſſima* Ginſeng, Japonibus Niſi. *nomen Sinicum illi â figura, divaricatis quippe cruribus hominis formam refert* (Gin *porrò hominem ſignificat*) Mandragoram *noſtratem credas, niſi quod ea multò minor ſit, quin illius tamen ſpecies ſit aliqua, nullus dubito, quippe quæ & formam & vim habeat. Folia ejus mihi hactenùs videre non contigit: ſiccata radix flaveſcit, fibras ſeu capillos, quibus alimentum ſugat, vix aut ne vix quidem habet. Nigricantibus venulis tanquam ſubtili atramento ductis circumſperſa eſt. Cum manditur dulcedine ingrata eſt nonnulla admiſta amaritie, ſed tenui: auget plurimum vitales ſpiritus, tametſi vix uncia duodecima pars doſis ſit. Sumptum illius pondus paulò amplius debilium vires reſtaurat, ſuavem corporis calorem excitat: Balneo Mariæ, ut vocant, cocta adhibetur, atque fragrantem ad inſtar aromatum exhalat odorem. Fortioris calidiorisque naturæ qui ſunt, ejus ſumptione vitæ periculum adire ſolent, nimium auctis exundantibusque ſpiritibus, debilibus, fatigatis, vel morbo diuturniori, aliave de cauſa exhauſtis ad miraculum prodeſt: moribundis ita vitales quandoque vires reddit, ut ſæpè illis adhuc tempus ſit ſumendis aliis medicamentis ſanitatique recuperandæ. Mira alia de hac radice* Sinenſes *prædicant, triplo argenti pondere appenſo emitur libra.*

Re-

Refert *Kircherus*, & addit: Ego *Gentianam* eſſe exiſtimo. Refert *Nieuhoſius*, & addit: Mandragoram referre, niſi quod multo ſit minor. Martinii enim verba omnia ſunt.

Hæc illa ipſa radix eſt, cujus *Busbequius* meminit in Epiſtolis. Quâ de pluribus actum eſt in Disquiſitione de Chatajâ p. 22. 67. 114.

1. Natalia.

Hæc ipſa *Ginſeng*, radicem dico, jam olim è Tartariâ *Tanyuticâ* per Mercatores ſub Legationum ſpecie, ut ſolet, venientes Sinis illata eſt. Hoc enim annales Sinici memorant ad annum ante Chriſtum 58. teſte *Martin.* Hiſtor. Sin. p. 345. Naſcitur tamen etiam in ipsâ *Sinarum* terrâ. Ad urbem nempe *Jungping*, in provinciâ *Pecheli*, & ad urbem *Leao* in provinciâ *Xanſi.*

2. Nomen.

Nomen ipſi ab *hominis forma* inditum eſt. *Gin* enim *hominem* ſignificat, & *Seng figuram.*


Pythagoras ἀνθρωπόμορφον dixit. Ita enim *Mandragoram* vocabat. Sed veram.

Arabes, Targumæi, & Syri *Jabruch* vocant. Quâ voce Moſaicum דודאים *Dudaim* exprimere ſatagunt. De *Jabruch* AVICENNA paſſim agit.

3. Delineatio.

Ginſeng verò ex *Herbario Sinicô* pauló amplius conſiderabimus. Habent enim Sinæ Herbaria ſatis antiqua, ſatis ampla. Adeò ut *Dioſcoride* & *Matthiolis* non indigeant. Ita enim teſtatur *Martinius* Hiſtor. Sin. p. 13. Tale quoddam extat inter Sinica non pauca volumina Bibliothecæ Sereniſſimi ELECTORIS BRANDENBURGICI, Domini mei clementiſſimi.

Ex iſtô Sinici *nominis* Characteres, *typumq;* plantæ iſthic vides.



De *Plantâ* ipsâ Autor ſatis prolixè & curioſè agit. Pleraque *Martiniana* obſervationi apprimè reſpondent. Ego Textum unà cum verſione *Speciminis* loco editurus eram, ſi tempora tuliſſent.

OBSERVATIO QUINTA.

Memorabilis Planetarum Synodus.

LOngè exactiorem haberemus *Rationem temporum*, quam *Chronologiam* vocamus, ſi quidem antiquiſſimis temporibus *ſiderum loca* curioſius obſervata eſſent, atque etiam vel ex tantùm obſervationes omnes extarent, quorum aliquando fit mentio in veterum ſcriptis, ſunt enim *Charactères temporum naturales* ac tanto certiores quanto diligentius conſignatæ ſunt. Ipſe quidem ingenti è complurium Linguarum Scriptoribus numero congeſſi obſervatas olim tum *Synodos* Planetarum & eorundem *loca*, tùm *Eclipſes*, Lunares æquè ac Solares, ut & *Lunationum Momenta*. Sed tamen dolemus adeò multas periiſſe obſervationes, quæ tamen olim ſcriptæ erant. *Hipparchi* videlicet, *Eratoſthenis*, *Eudoxi*, & aliorum.

Sed nunc demum ex remotiſſimâ Orientis parte longè *antiquiores* hujusmodi *Obſervationes* obtinemus, *Martinii* ſtudio.

Ex iis verò vel unam jammodò tangam, quæ & maximè memorabilis eſt. Eam his verbis Martinius nobis tradit: *Scripſit etiam* (Chuenhious puta, Imperator Sinarum, qui circà annum ante Chriſtum 2513. Imperiũ adiit,) *Ephemerides quinque Planetarum, quos, dum imperabat, omnes in cælo conjunctos vidit eo die, quo eſt obſervata Solis & Lunæ conjunctio. Et hunc diem primum illius anni eſſe voluit, prout author Sinicarum rerum in conſtellatione* XE *dictâ indicat; quæ nunc circa gradum decimum octavum Piſcium incipiens ad quartum uſque Arietis extenditur. Fortaſſis hæc eſt illa planetarum celebris in uno ſigno conjunctio, quam aſſerunt Europæi Chronologi Noëtica ætate fuiſſe. Quid ad hæc illi, qui annos retro pauciores ad diluvium Noëticum numerant, dicturi ſint, neſcio. Quid ego ſentiam, tum docebo, cùm res ab* YAO *Imperatore geſtæ dicendæ erunt, ubi de diluvio agetur prolixiùs. Interea nolim arrogare tantam Sinicis Scriptoribus fidem, quæ nos cogat opinionem illam mutare, quæ breviorem diluvii hiſtoriam facit. Ajo tamen hanc omnino primam eſſe ſtellarum obſervationem, de quâ quidem conveniat inter authores. Quid ad hæc Europæi noſtri? Ego ſanctè aſſevero me in Hiſtoriâ Sinicâ hanc, de quâ dixi, obſervationem in iſtius Imperatoris actis inveniſſe. Et hanc gentem adhuc*

hunc

huc barbaram vocabimus, quæ jam tum adeò fuit exulta, cùm nondum Europæ nomen exſtaret? Hic ergo Imperator primum anni diem, & menſem illum deinceps haberi voluit, quo luminarium conjunctio decimo quinto gradui Aquarii proxima fieret, quod etiamnum obſervatur à Sinis. Hactenus *Martinius.*

Hanc tamen Planetarum ſynodum Georg. *Hornius* in dubium vocat. Scribitque in *Arcâ Noæ* hunc in modum: *Multa*, inquit, *Sinenſes Hiſtorici & Mathematici ſtudio confinxerunt in gratiam vel odium imperantium. Ita fabuloſa eſt illa* ſeptem *planetarum conjunctio quam ſub Imperatore* Chuenhioo *accidiſſe tradunt. Quippe inſignis Aſtronomus Samuel* Kechelius *curioſa ſupputatione falſam & fictam deprehendit, ut & illam quam* Perſæ & Arabes *naſcente* Timuro *contigiſſe volunt. Idem de* quinque *planetarum concurſu facto ſub Imp.* Lieupango, *annis ante Chriſtum natum* CCIV. *Martinius ſuſpicatur:* fortaſſe (inquit) à Mathematicis Sinenſibus conficta fuit. Hæc etiam ille.

Ego verò putabam, non confictas adeò dici poſſe conjunctiones iſtas. Sed Sinas, ſi vel maximè tales iis temporibus non fuiſſent, aut ipſi adulari voluiſſent ſive præſentibus ſive illarum ætatum Imperatoribus, *Figuratè* locutos eſſe. Quemadmodum *Taiçungum* Monumenti Sinici ſcriptores laudant, ceu in quô *Sol & Luna perfectiſſimè conjuncti fuerint.* (Col. XXVII. 35.) Loquuntur autem de Imperii *latitudine*, atque omnium, ſummatum æquè ac infimatum, rarâ obedientiâ. Aut voluiſſent *Annalium ſcriptores Imperatorum Majeſtatem*, & *ſingularem eminentiam conjunctione omnium Planetarum* ſignificare. Quò procul dubio referendum eſt, quòd iidem ſcribunt: *Solem ſub Imperatore Yao decem diebus non occidiſſe.*

Quo tamen certior eſſem hujus rei, calculum Planetarium rogatu meo ſubduxit mecumque communicavit Collega meus æſtimatiſſimus, quem anteà laudavi, cum Marcum Polum Venetum ederem.

Digitized by Google

Schema conjunctionum Planetarum.

	♄.	♃.	♂.	♀.	☿.	☾
☉	3. Aprilis. ° In 22. ♓.	2. Aprilis. ° In 21. ♓.	23. Junii.	- - - - - -	4. Aprilis. ° In 23. ♓.	28. Martii ° In. 17. ♓.
☽	29. Martii. ° In 21. ♓.	29. Martii. ° In 21. ♓.	3. Martii In 29. ♓.	27. Aprilis. ° In 2. ♓.	18. Aprilis. In 1. ♓.	
☿	9. Aprilis. ° In 23. ♓.	9. Aprilis. In 23. ♓.	19. Martii. In 10. ♈.	26. Aprilis. ° In 1. ♓.		
♀	28. Maji. ° In 29. ♓.	5. Julii. ° In 6. ♈.	- - - - - -			
♂	9. Februar. In 15. ♓	24. Januar. ° In 5. ♓				
♃	10. Aprilis. ° In 23. ♓.					

Proprius ad hanc accedit illa, quæ anno Hegiræ 489. Chriſti verò 1096. obſervata eſt à Saracenis. De eâ *Malatienſis* ita ſcribit: *Anno octogeſimo nono ſtatuerunt Aſtrologi futurum diluvium* Noachiano *ferè par. Chalifa ergo* Ebn Iſunum *Aſtrologum accerſitum eâ de re interrogavit; qui reſpondit, Tempore diluvii* Noachiani *concurrerunt ſeptem planetæ in ſigno Piſcium, jam verò ſex (tantùm) eorum in eodem concurrunt; excepto ſc. Saturno, qui ſi cum iis eſſet, futurum fuiſſet hoc illi diluvio ſimile: verum dico, urbem aut terræ tractum aliquem, in quâ convenerit magna hominum multitudo è diverſis regionibus ſubmerſum iri. Metuerunt ergo* Bagdado, *propter multitudinem in ea undiq; concurrentium: proſpectumq; eſt aggeribus & locis, è quibus aquarum eruptio metuebatur: Accidit autem, ut peregrinantes* (Meccham) *cùm in valle* Al Manakeb *caſtra poſuiſſent, superveniens torrens magnus pleroſque ſubmergeret; evadentibus qui ad montes ſe reciperent; perirént q; facultates, jumenta, & commeatus. Chalifa ergo Aſtro-*

Aſtrologum veſte in honoris ſignum induit. Hactenus ille.

Eadem leguntur ap. Autorem libri JUCHASIN fol. 148. Quæ cum referret *Schickardus* in Tarich ſuo p. 30. iſta ſuperaddidit: *Inde Computa, CL. D. Keplere! Diluvii Momentum, ſi placet, ac ope calculi tui Rudolphini emenda nobis veteres faſtos.*

Schema alterius hujus *Conjunctionis* illud eſt.

	♃	♂	♀	☿	☾
☉	22. Februar In 10. Gr. ♓	3. Martii. In 20. G. ♓.	28. Februar In 16. G. ♓.	12. Februar In 0. Gr. ♓.	14. Februar In 2. Gr. ♓.
☽	15. Februar. In 10. G. ♓.	15. Februar. In 7. Gr. ♓.	15. Februar. In 0. ♓.	15 Februar. In 7. Gr. ♓.	
☿	16. Februar In 9. Gr. ♓	15. Februar. In 8. G. ♓.	12. Februar. In 0. Gr. ♓.		
♀	23. Februar In 10. Gr. ♓	27. Februar In 16. Gr. ♓			
♂	19. Februar. In 10. Gr. ♓				

Novæ in Piſcibus Conjunctionis *Abrabanie*, Judaicorum ſcriptorum non poſtremus, meminit in Daniel. p. 136. *Liberatio noſtra,* inquit, *proculdubio futura eſt, cum fiet conjunctio efficax in Piſcibus anno 5224. à creatione.* Paulo poſt annum ponit 6224. Prius procul dubio ſphalma eſt Typographicum. De *futuris* enim autor loquitur. Hæc autem ſcribebat & abſolvebat anno Mundi 5255. ſeu Chriſti, 1495. ſed annus Mundi 6224. erit annus Chriſt 2464. Rectè. Quia vivus falſæ perſvaſionis argui non poterat. Vid. *Voſſ.* de Orig. & Progr. Idol. II. 48. p. m. 573.

OB-

Digitized by Google

OBSERVATIO SEXTA.

Specimen Commentarii Geographici circà Marci Poli Veneti Hiſtoriam Orientalem.

I. MANGI Regnum.

I. Variæ Lectiones.

1. *Mangi.* Ita quidem legitur in editionibus *Latinis*, *Anglicâ*, *Belgicâ*, *Germanicâ*, *Italicâ*. Sed vix credo Venetum noſtrum ſic ſcripſiſſe, veluti patebit, ubi de *origine vocis* dixero.

2. *Manzi.* Venet. MS. II. 11. & Italic. II. 20. conf. *Naſſirodd.* 28. *Ulugbeig.* 60. *Mirchond.* MS. *Manzu*, Sinicè Barbari dicuntur.

3. *Manchus*, Mandevill. c. 32.

4. *Mangus.* Mercator enim ad Tab. XI. Aſiæ apud Ptolemæum legi vult non *Sinus Magnus*, ſed ſinus *Mangus*; Non *Promontorium Magnum*, ſed Promontorium Mangum.

5. *Manſe.* v. Rubruqv. c. 36.

6. *Mangin.* Martin. vid. *Etymolog.*

7. *Ma-tſin*, Tartaris. v. Gol. addit. de Catajo p. 9. Diſquiſ. de Chataj. p. 8. b.

8. *Maſina.* Govea p. 7. ſeqq.

9. *Macyn.* Nicol. Venet p. m. 9. vid. Diſquiſ. de Chatajâ 64. b. 70. a.

10. *Magyn.* Mar. Niger ap. Maginum 252. *Magynorum*, Tibullus meminit in Panegyricô ad Meſſallam, refertque inter Scythas, quos Thraciam verſus Tanais riget. A *Magogo* nomen habuiſſe *Bocharto* videtur. (Geogr. Sacr. III. 13. p. 215.)

11. *Magin.* Roger. p. 2.

12. *Macimum.* Joſaph. Barb. p. m. 471. Bizarrus Rer. Perſ. XII. p. 322. 18. Vartom. VI. 20.

13. *Malaſines.* Cadamuſt. c. 139. edit. Germ. An Mogolo-ſinas dicere voluit?

14. *Malaſines.* Ibid. ed. Baſil. 1555.

15. *Mare.* M. Anton. ap. Neuhof. p. 6. ſed in Belgico textu tale qui non habetur.

II. HOMONYMIA.

1. Mangi, de qua Venetus, *Regnum* eſt, & ampliſſimum quidem.

2. Sed *Manzi* & *Macimum*, perinde ut *Cimum*, urbium nomina ſunt ap.

ap. *Naſſiroddinum* & *Barbarum.* Qui error eſt non inſolitus iis, qui de terris quidquam ſcribunt remotis. Vide tamen ſimiliter errantem *Megiſerum* in verſ. Veneti II. 53.

III. ETYMOLOGIA.

1. Etymologiam nominis *Mangi* tradituris *Martinius*, *Mangin* ſcribendum putat. Ita ſcilicet *barbaros* denotaret, vel *Barbariam.* Sinicè enim *Gin* hominem, & *Man* barbarum ſignificat. Vid. *Atl. Sin.* p. 1. a. 74. a.

2. Et ita quidem ſcribi ac legi poſſit. Siquidem Literæ ج & ك fere ut NG nonnunquam exprimi ſolent; Mangi verò Tartaricè, Perſicè & Turcicè ماجين MA-NGIN ſcribitur. Perinde ut apud *Chryſococcam* Νζιν legitur pro *Tzina.* Adeò ut non MAN-GIN legendum ſit; ſed MA-NGIN. Nos paulò mollius Matſin. Vox eſt compoſita. Poſterior pars nonniſi *Chinam* ſignificat. Ea enim جين *Tſin* extra controverſiam dicitur Tartaris, ceteriſque. Vid. Disquiſ. de Chataj. p. 94.

Recenſet & explicat Hottingerus in Hiſtoria Orientali Genealogias quaſdam è libro *Tarich Adam*, ibi pag. 14. *Japheto* tribuuntur hi poſteri: ياجوج ماجوج بوالنحاس جين ماجين *Jagog, Magog, Bulhaſch, Gin, Magin.* An pro filiis omnes habuerit autor nec ne, equidem neſcio. Hottingerus de duobus prioribus rectè monet, *Gogum* & *Magogum* intelligi; de tribus poſterioribus addit: *Se nihil in Orientalium ſcriptis hactenus repiriſſe.*

Ego verò *Sinas*, *Manginos* & *Balachſchios* indigetari credam. Pro *Bulbaſch* Hottingerus pag. 26. ابو الحسن *Abul Haſen* legit, quod virorum nomen eſt Arabicum. Credo بلخشان *Balachſhan* legendum. De *Balachſchan.* Vid. ſuprà (in Commentario, cujus hoc eſt, ſpecimen.) *Gin* & *Magin* nihil habet difficultatis. Ubi enim *Tartari* literam چ TS uſurpant, ibi Arabes (ex quibus autor libri Tarich Adam erat,) ج G

vel ض *S* adhibent, quia alterâ illâ literâ carent.

Ubi verò *Gog* & M*agog* dicitur, ita & *Gin* & M*agin*. *Gog* populum ſignificat; *Magog* terram illius populi. Sic *Gin* & M*agin*. Editio Anglica Veneti III. 8. fidem facit, *Mangi* Japonicè *Cin* dici. Quæ inepta gloſſa eſt.

Sed Arabes ceteriq́ue Genealogi duos utrinque populos comminiſcuntur. *Gogo* ſcilicet *Gilaos* tribuunt; M*agogo Turcas*. Ita *Beidavi*. Sic ipſi Sinenſium vicini M*atſin* vocant novem ſinarum provincias, Auſtrales puta; *Tzin*, ſex reliquas, hoc eſt Boreales, quas & *Chatajam* vocant. Vid. Diſquiſ. de Chataj. p. 8. b. Sed idem populus eſt.

Tzin antiqua Sinarum ſedes eſt; *Matſin* acceſſoria.

Etymologiam *Purchaſſii*, Tom. III. 96. quia nauci eſt, mitto.

I. Situs. Ad fluvium Caromoram. *Ven. II.* 52. vid. ſuprà. *Cluverus* nimium extendit. Dicit enim *Indiam* eſſe *extrà Gangem.*

II. Amplitudo Totum regnum diviſum eſt in *Novem Provincias. Ven. II.* 64. 70. Diviſionem illam Venetus Cublæ tribuit. Olim alia fuit. Vid. M*artin*. Atl. Sin. p. 2. b.

Ex novem illis Provinciis ſunt *Concha* & *Quinſai Ven. II.* 64. 69. Reliquas Venetus nō nominat. *Novem* ProvinciisCubla totidem *Regulos* dedit, quos *Tutang* vocant.

III. Civitates, mille ducentæ erant. *Ven. II.* 64. Neque pauciores deprehendes in Syllabo Martinii. Sola *Editio Anglica* ponit civitates 12000. Error, non Typographi, ſed editoris, ſeu Epitomatoris.

Reliqua Index dabit. Neque Commentario indigent.

II. ACHALECH MANGI.

Provincia. II. 34.

I. Variæ Lectiones.

1. *Achaletch mangi.* edit. Baſil. & Belgic.

2. *Achbaluch mangi*, Edit. Italic. Anglic. & German.

3. *Achilechi mangi*. MS.

II. Homonymia.

Ita *Provinciam* & M*etropolin* dicit ipſe Venetus teſtatur.

III. Ety-

Digitized by Google

III. ETYMOLOGIA.

Akbalick mangi lego. Quod *Italica ſcriptio* confirmat, ſi quis nôrit literas CH ap. Italos Germanicæ K. æquipollere. Confirmat etiam ſive *Veneti* ſive *Ramuſii* Interpretatio. Additur enim in Italicâ & Anglicâ editione: *Che vol dire città bianca de confini di Mangi:* That is, the vvhite citie of the borders of Mangi. Hoc eſt, *Civitas alba in confiniis* Mangi. De voce *Mangi* nullum eſt dubium. *Balik* Mogolicè *civitatem* ſignificat. Hinc *Pinbalig, Kabalig, Cambalic* (ita enim legendum eſt, non Cambalu) *Schbabalig* &c. *Ak* album notat. *Ak balik* ergò dicebatur, uti *Alba Julia* dicitur, *Alba Græca*; vel potius uti *Bialogrod, Akſcheber*. Hæc enim civitatum nomina planè idem ſignificant. *Akbalik mangi* dicitur differentiæ ergo, uti *Cocincina*, hoc eſt, Coci propè Cinam, ne Cocinum Goæ vicinam intelligas.

IV. SYNONYMIA, &

I. Situs.

Akbalik ergô Sinæ Auſtrali confinis eſt, ut & terræ *Chuan-chi*, quæ ipſa Cochinchina eſt, *Kiaochi* Sinis dicta. Et ad *Occidentem* quidem, Verbo, PEGU. *Pegu* certè *Sinicè* idem ſignificat quod *Akbalik Tartaricè*. Venetus Tartaris tum temporis adhærebat. Tartari Sinica nomina Tartaricè enunciabant. Vidès notitiam Linguarum multum conducere ad indaganda talia, de quibus aliàs non conſtat. Credo enim rem iſtam eſſe perſpicuam. Sinæ verò olim etiam Peguanorum erant Domini. Inde nomen PEGU. *Peguanos* albedine delectari Bellum de candido Elephanto docet. v. *Lindſchot.* c. 17. confer. Vartom. VI, 15, 26. Caſp. *Balb.* c. 35.

II. Reliqua deſcriptio apprimè convenit. Illa maximè de *cervis odoratis*, quos *Muſchi* animalia vocant.

Digitized by Google

OBSERVATIO SEPTIMA.

Hebdomadicam Dierum Diſtributionem, Eorumq́ Denominationem à Planetis deſumtam, etiam Sinis ab olim uſitatam fuiſſe.

CEterum *ſeptima* Obſervatio *ſeptimæ ſacra* ſit diei. Quæ propter *communem*, etſi inæqualem, *uſum* tantò ſanctior haberi debet. Vix enim fuit aut eſt gens aliqua, quæ non publica negotia hebdomade dierum definiverit. Legat, qui volet, *Hugonis GROTII* notas, quas ſuo ipſius de Religionis chriſtianæ veritate libro adjecit. *ut & Seldeni* opus de Jure naturæ & gentium. Ipſe ego in *opere Chronologico* teſtimoniis & Exemplis longè pluribus hoc ipſum commonſtro.

Nunc verò de SINIS, extremi Orientis populo, nonnihil dicam.

1. Sinæ ergò quaſi *imperitiæ* quidem *Aſtronomicæ* à nonnullis accuſantur. *De Planetarum motibus* (inquit *Kircherus*) nulla *apud ipſos eſt ſcientia. Adeò ut omnia ſidera cujuscunq; tandem ſphæra æquali à terrâ diſtantiâ errore prorſus abſurdo, & ignorantiâ plusquam puerili diſtare usq; ad Patrum noſtrorum adventũ crediderint.* (Chin. ill. 108. a.) Talia plura ibidem habet.

2. Sed falſum hoc eſſe, multa ſunt, quæ evincant.

a. *Inſtrumenta*, nempe *Mathematica*, quorum *Martinius* toties meminit.

b. *Obſervationes antiquisſimæ*, quarum nonnullas in obſervatione primâ laudavi, & Obſervatione quintâ. Poſſentq; multò plures afferri, de *Loris* nempe *Planetarum*, de *motibus directu & retrogradis*, de *ſolſtitiorum retrôceſſione* &c.

c. *Tabula Motuum*, quarum nonnullas *Naſſiroddinus* & *Ulugbeiges* prodiderunt.

d. *Collegia Mathematica*, eorum, qui publicâ autoritate *Theoricam* & *Aſtrologiam* profitebantur, & adhuc hodiè. V. *Trigaut.* epiſt. ann. *Intorcett.* Relat.

e. *Kalendaria anniverſaria.* V. *Martin.* Hiſt. ſinic.

f. *Kalendariorum* tot *Reformationes.* v. *Obſerv. 1.*

3. Illud verò demirandum eſt, quod Sinæ itidem à *Planetis dies hebdomadicos appellant*, & hunc *Solis*, illum *Lunæ*, ſequentem *Martis* & ſic porrò appellent. Cujus certè *ratio Aſtronomica* eſt. v. *Scalig.* Emend. Temp. *Seldenum* l. c.

a. Scilicet, Sinæ zodiacum in *trecentas ſexaginta quinque gradus*, *minuta* etiam *viginti quinq;* inſuper dividunt. Hic per illos *motus ſolis annuus* eſt. Sed *minuta* intelſige *Sinica*. Eorum *Centum* unum faciunt gradum. Forent ergò 25. minuta Sinica 15. noſtratia.

Ita *Trigautius* & *Martinius*. Quibuſcum bellè convenit *Ulugbeigos*. Tradit enim *Anni Menſuram Chataicam* eſſe dies 365. particulas 2436. Hæ particulæ faciunt

I II III IV.
14. 36. 57. 36. diei vel gradus.

b. Eundem Zodiacum in XXIV. Partes dividunt. Hæ quaſi *ſigna Zodiaci* ſunt. Et iiſdem nominibus XXIV. *menſes* appellantur.

c. Eundem adhuc Zodiacum in XXVIII. partes diſſcribuunt. Has *Conſtellationes* vocant, & *YUL* imperatoris inventum, qui anno ante Chriſtum 2207. regnare cœpit, & ſingularum Conſtellationum dominio ſingulas Sinarum terras attribuiſſe ſcribitur.

1. Partitio hæc *Cyclo Solis*, exactè reſpondet. Item *Lunæ manſionibus*. Sed his non ita hodiè. *Paritatem & inæqualitatem* ex ipsô hoc *Schemate* deprehendes. Ubi *Longitudines* ſub titulo *Manſionũ* ☽ de anno 1600; ſub titulo *Conſtellationum* de anno 1628. intelligendæ ſunt.

Digitized by Google

COLLATIO

	MANSIONUM LUNÆ.							CONSTELLATIONUM SINICARUM.						
	Nomina.	Longitud.		Gr.		Sign.		Nom.		Longit.		Grad.		Sign.
1.	Xartân.	2.	25	2.	25.	♈	1.	Ki'o	♃	198.	39.	18.	39.	♎
2.	Batyn.	15.	17.	15.	17.	♈	2.	Ka'ng	♀	209.	14.	29.	14.	♎
3.	Tureija	27.	53.	27.	53.	♈	3.	Ti	♄	219.	54.	9.	54.	♏
4.	Debaran,	40.	45.	10.	45.	♉	4.	*Fang*	☉	237.	48.	27.	48.	♏
5.	Hacaa.	53.	37.	23.	37.	♉	5.	Sin	☾	242.	34.	2.	34.	♐
6.	Hanaa.,	66.	29	6.	29.	♊	6.	Vi	♂	250.	7.	20.	7.	♐
7.	Dirâa.	79.	21	19.	21.	♊	7.	Ki	☿	265.	43.	25.	43	♐
8.	Netra.	92.	13.	2.	13.	♋	8.	Tçu	♃	275.	3.	5.	3.	♑
9	Tarfa.	105.	5.	15.	5.	♋	9.	Nieu	♀	298.	54.	28.	54.	♑
10.	Gebha.	117.	57.	27.	57.	♋	10.	Niu	♄	306.	35.	6.	35.	♒
11.	Zubra.	130.	49.	10.	49.	♌	11.	*Hiu*	☉	318.	14.	18.	14.	♒
12.	Sarfa.	143.	41.	23.	41.	♌	12.	Guei	☾	328.	13.	28.	13.	♒
13.	Auva.	156.	33.	6.	33.	♍	13.	Xe	♂	348.	20.	18.	20.	♓
14.	Sémaco'laſil.	169.	25.	19.	25.	♍	14.	Pi	☿	4.	1.	4.	1.	♈
15	Gafra.	182.	17.	2.	17.	♎	15.	Quei	♃	15.	32.	15.	32.	♈
16.	Zubaniæ.	195.	9	15.	9.	♎	16.	Leu	♀	28.	46.	28.	46.	♈
17.	Aclyl.	208.	1.	28.	1.	♎	17.	Guey	♄	41.	46.	11.	46.	♉
18.	Calb' lacrab.	220.	53.	10.	53.	♏	18.	*Mao*	☉	53.	37.	23.	37.	♉
19.	Xaula.	233.	45.	23.	45.	♏	19	Pie	☾	63.	16.	3.	16.	♊
20.	Naaîmæ.	246.	37.	6.	37.	♐	20.	Sang	♂	77.	14.	17.	14.	♊
21.	Beleda.	259.	29.	19.	29.	♐	21.	çu	☿	78.	35.	18.	35.	♊
22.	Sado 'ddabih.	272.	21.	2.	21.	♑	22.	Cing	♃	90.	8.	0.	8.	♋
23.	Sado bula.	285.	13.	15.	13.	♑	23.	Que'i	♀	120.	33.	0.	33.	♌
24.	Sado'ſſoud.	298.	5.	28.	5.	♑	24	Lieu	♄	125.	9.	5.	9.	♌
25.	sado 'lachbia.	310.	57	10.	57	♒	25.	*Sing.*	☉	142.	9.	22.	9.	♌
26	Fargo'ddelu *pr.*	323.	49.	23.	49.	♒	26.	chang	☾	150.	32.	0.	32.	♍
27.	Fargo'ddelu *poſt.*	336.	41.	6.	41.	♓	27	Ye	♂	168.	36.	18.	36.	♍
28.	Batuo 'lhût.	349.	33.	19.	33.	♓	28.	Chin	☿	185.	36.	5.	36.	♍

2. Vi-

Digitized by Google

2. Vides, *Planetas Conſtellationibus* coadunatos eſſe. Fitque hoc in *Sinarum Kalendariis* perquàm ſolenniter. Neque unquam divelluntur. Siquidem *diem intercalarem* nullum interſerunt, uti nos in anno biſſextili *literam Dominicalem* in *Februario* mutamus.

3. Itaque ex ipſis *Sinarum Kalendariis* tàm *Chriſtiani* quàm *Mohammedani* & *Judæi* hebdomadicam feriam, hi *Saturni*, iſti *Veneris*, illi *Solis*, facili negotio inveniunt.

4. Sinæ verò etſi nullum, quod ſciam, præter feſta, diem ferientur, *Hebdomadicum* tamen *computum* habent, dieſque de Planetis nuncupant.

FINIT HEBDOMAS OBSERVATIONUM TERTIA.

ANNO Domini cIↄ Iↄc LXXIII. menſe *Februario* die *ſexto*, fer. 5. horâ 10. ante merid.

Seu,

uti Kalendarium fert Sinicum,

ANNO *Quinquageſimo* Cycli Sexageni LXXIII. *Nonageſimo* verò Vanni 8865.

Menſe 1. Die 14.

S. D. G.

Digitized by Google

Digitized by Google

CAPUT PRIMUM.

HISTORIA LAPIDIS.

Antequam ergò ad *Monumenti argumentum, rerumq́;* quas complectitur, *varias claſſes*, ipſumque adeò *Examen* deveniam, *Quidnam* poſteris nobis teſtatum de eâ reliquerint, qui *Prototypum* partim, partim *Apogragha* in ipſis Sinis prodita, ſuis ſe vidiſſe oculis fidem faciunt, meritò præmitto. Proderit *ipſos* audire *Auctores*, eorumque relegere *Hiſtoriam*. Ita ergô ſcribunt:

Alvarus SAMEDUS.
Nella Relatione del Cina, fol. 158.

DOppo tre anni nel 1628. paſſorono alcuni Padri à quella Provincia con l'occaſione d'un Mandarino Chriſtiano, che lì andava, li detti Padri con l'autorità di detto Mandarino alzorono e Chieſa, e Caſa nella Metropoli di *Siganfù*, poiche Iddio benedetto, che volle foſſe ſcoperta una ſì bella memoria del poſſeſſo preſo in quel paeſe della ſua divina Legge, fuſſe anche ſervito, che ſi facilitaſſe la ſua reſtitutione nell'iſteſſo luogo. Fù conceduto à me d'eſſere delli primi, e ſtimai felice quella ſtanza per l'occaſione di veder la pietra, ed arrivato d'altre coſe mi curai. La viddi, la leſſi, e tornai à leggere e rimirarla à bell'agio, ed alla longa, e conſiderando la ſua antichità, ammirai, come foſſe così intera, ed haveſſe le lettere così chiare, e nettamente ſcolpite. Nella ſua groſſezza ha *molte lettera Cineſi*, lequali contengono *molti nomi delli Sacerdoti e Veſcovi di quel tempo*: Vene ha però molte altre, lequali allora non furono connoſciute, perche ne ſono *Hebraiche*, ne *Greche*, e che però quanto intendo, contengono li medeſimi nomi, accioche ſe per aventura alcuno ſtraniero non ſapeſſe

Digitized by Google

leggere quelle del paeſe, intendeſſe forſe le peregrine. Paſſando poi per *Coccino* arrivati à *Cranganor* reſidenza dell' Arciveſcovo della coſta, per conſultar ſopra queſte lettere col *P. Antonio Fernandez* della noſtra Compagnia, periciſſimo nelle lettere di queſta *Chriſtianità di S. Thomaſo*, mi diſſe, che erano lettere *Siriache*, e quelli che ſi uſavano.

Emanuel DIAS
in Epiſtol. Luſitan. quam in urbe MACAO anno 1625. die 23. AUGUSTI dabat.

IN provincia *Xenſi* Sinarum, ubi modò eſt *Trigautius*, effoſſus quidam lapis magnitudinis 24. palmorum, aut circiter, in quo patet diſertè *ante 1243. annos* fuiſſe illic Chriſtianos *raſo vertice*, qui *myſteria Trinitatis & Incarnationis* prædicarent, ac *Sinarum Reges* multos illis impendiſſe favores. *Doctor Leo Chriſtianus* rem totam imprimi voluit, ac de myſteriis eo in lapide oſtenſis à Mandarinis Chriſtianis ſcribi, ut res magis innoteſceret. Id agitur modo, ut in Regis notitiam res tota deveniat, vertat Deus omnia in gloriam ſuam.

Confirmat hoc ipſum *P. Franciſcus Hurtado*, è Provincia Nancheu, additque hoc anno apertam fuiſſe portam in novas Regni Sinenſis Provincias *Xenſi, Xanſi, Fobum*, quæ ultima *Conchinchina* contermina eſt, & exteros facilè admittit. *In fine autem ita dicit.* His adſcripta erant 10, vel 12. *Lineæ Syriacæ*, quas interpretari non potui. Adjunctæ etiam erant *gratiæ à Regibus Sinarum* factæ Sacerdotibus illius legis. *Verſio* hæc ad verbum è Sinico idiomate facta eſt, aliæ extant *verſiones*, ſed omnes conveniunt in eſſentialibus. In *libris Regum Sinarum* habetur, *ante 994. annos* perveniſſe ad Sinas fidem noſtram, & 140. annis poſt ingreſſum, hanc inſcriptionem factam eſſe.

Anonymus
in Epiſt. Luſitanica, quæ item in urbe Macao anno 1627. die 25. Novembris data erat.

ANnis præterlapſis inventa eſt ſcriptura quædam longa & antiqua, lapidi prægrandi inciſa *lingua Sinenſi, & Chaldaica*, vel Syriaca; ex

qua

qua conſtat legem Domini Dei noſtri jam *quaſi ab hinc mille annis* perveniſſe in Sinam, anno ſcilicet Domini 636. lapis autem ille erectus, & inſcriptus fuit anno Domini 782. hoc eſt 146. annis poſt legis ibidem prædicationem, qua ingens *converſio ad fidem* facta eſt, Eccleſiæ ædificatæ *Epiſcopi* conſtituti. Reges qui tempore illius vixerunt numerantur 8, quorum nomina lapis ille exprimit, qui Chriſtianis favebant: prædicatores legis venerunt *ex Palæſtina*, aliisque vicinis locis; Continet autem præcipua fidei noſtræ myſteria & *quæ ex inſcriptione patent.*

Martinus MARTINIUS *in Atlante Sinico pag. mihi 35. b.* (al. 44.)

QUod imprimis celebrem hanc Provinciam (XENSI) facit, eſt antiquiſſimus ille lapis partim Syriacis, partim Sinicis litteris exaratus de lege divina per Apoſtolorum ſucceſſores ad Sinas allata: in eo Epiſcoporum ac Sacerdotum illius temporis nomina, ac Imperatorum Sinenſium in eos favores ac indulta leguntur. Brevis etiam, ſed exactiſſima & plane admiranda legis Chriſtianæ explicatio eloquentiſſimo ſtylo Sinico compoſita continetur, *de his multa favente Deo dabit ſecunda Decas epitomes hiſtoriarum Sinenſium:* repertus eſt hic lapis Anno 1628. cum in civitate *Sanyven* eruta terra foſſa quædam fundamentis muri cujusdam collocandis præpararetur: de invento monumento mox certior factus *loci gubernator*, cum venerandæ antiquitatis, cujus amantiſſimi ſunt Sinæ, veſtigia propius fuiſſet intuitus, continuo ſcripto quodam in monumenti laudem edito, in altero ejuſdem magnitudinis lapide totam inventi ſaxi perigraphen incidi curavit iiſdem characterum notarumque ductibus, qua par erat fide ſervatis, cujus *prototypi exemplum* Patres noſtri una cum interpretatione Romam tranſtulerunt, ubi hodieque in *bibliotheca domus Profeſſæ Societatis JESU* adſervatur cum interpretatione, quæ *Romæ impreſſa* fuit *anno 1631.* Eſt autem lapidis figura in modum *parallelogrammi* extenſa quinque palmis lata, uno craſſa, longa fere decem in fronte *crux* eſt, qualis fere *Equitum Melitenſium*: hujus accuratiorem notitiam ſi quis deſideret, inveniet rem totam eleganti deſcriptione fuſius explicatam, deductamque in *prodromo linguæ Copticæ* R. P. *Athanaſii Kircheri*, & in *relatione de Sinis* R. P. *Alvari Semedo.*

Idem MARTINIUS
Hiſtoriæ Sinicæ pag. 195. & ſeqv.

ILlud hîc non tacebo, videri mihi admodum probabile, non apud Indos modò, verùm apud exteras etiam nationes Sinarum nomen ab regiæ iſtius familiæ nomine fluxiſſe, ut SINARUM ſeu CINARUM potiùs appellaretur imperium. Iſtorum namque regum tempeſtate primùm, CINARUM fama nomenqúe pervenit ad exteras gentes, ad Indos præcipuè, apud quos poſtmodum hæſit, & ab illis accepere ſubactâ Indiâ Luſitani. Hæc enim CINA familia in maximâ Sinarum ad Occidentem vergentium parte regnabat; imò cum exteris gentibus bellum geſſit, ut ſuprà diximus. Fixâ dein ibidem imperii ſede, CINICUM dicebatur imperium. Poſtea verò quam ad rerum humanarum culmen evaſit, multò plura externis bella fecit. Unde nil mirum ſi CINICÆ appellationis uſus apud eos invaluit.

At licet extremam hanc Aſiam vario nomine appellent Sinæ, prout imperatrices quoque familiæ variant; primò tamen auditum nomen exteri retinuere. Notandum verò, primam literam (*non Italorum, ſed Hiſpanorum vel Germanorum* more pronunciandam, ita, ut ſcriptum CIN per Z. aſperiore ſono prodeat è gutture. Argumentum in hanc rem ſuppeditat *lapis ille*, (de quo ſuo loco) qui anno domini ſeptingenteſimo octogeſimo ſecundo ab illis, qui primi divinam legem in Sinis promulgavere, partim Sinicis, partim Syriacis literis inſcriptus & in provinciâ XENSI repertus inter alia *vocabulum ZINOSTON* habet, quod *extremam Aſiam* ſignificat, quaſi dicas *ZIN regionem* ſive *terram*. Hæc mea eſt *de Sinici nominis notatione opinio*, de meliore conjecturâ nihil præjudicantis.

Michaël BOIMUS

in Epiſtolâ, quam novæ Monumenti hujus Verſioni præmiſit, ap. Kircherum China Illuſtr. p. 7.

P. Michael Boimus Polonus è Soc. JESU,

Lectori benevolo Salutem.

In-

INter monumenta Catholicæ fidei prædicatæ, in Sinarum Imperio reperta, præcipuũ ſibi vendicat locum marmoreus Lapis Sinicâ Scripturâ, cum Characteribus Syriacis antiquis, Eſtrangelo nũcupatis & ſubſcriptione Chaldæorũ Sacerdotũ, mille ante años circiter exarato.

Quamvis à *P. Athanaſio Kirchero* Soc. JESU in *Prodromo Coptico* LATINA, & poſt illum à P. *Alvaro Samedo*, Procuratore Sinarum, ITALICA, qui oculis inſpexerat Monumentum, jam fuerit interpretatio illius impreſſa, quia tamen ſolum ſcripturæ lapidis ſenſum uterque ſecutus, ille quoque necdum Syriacas omnium Sacerdotum ſubſcriptiones interpretandas ex China obtinuerat: placuit eapropter integrè ſcripturam ipſam, tam Sinicis Characteribus, quàm Latinis, cum Latina interpretatione *de verbo ad verbum, retentâ phraſi Sinicâ*, fideliter evulgare, atque etiam ſubſcriptiones omnes Syrorum Syriacas à peritiſſimo Linguarum interprete *P. Athanaſio Kirchero* commentatas, cum Sinicis aliis, tanquam luculentiſſimis teſtibus Veritatis Catholicæ, univerſis proponere, atque ut uno verbo dicam, Lapidem ipſum oculis totius Mundi Sinico idiomate, prout anno Chriſti 782. exaratus fuit, exponere; ut *vel ex hoc antiquiſſimo teſtimonio quilibet conjiciat, quàm vera ſit doctrina moderna Catholicorum*, cum eadem planè in *oppoſito Mundo* apud Sinas *mille retrò annis*, videlicet à nato Chriſto, anno 636. fuerit prædicata. Sinicum Lapidis *Originale* habetur *Romæ in Muſæo Collegii Romani Societatis JESU*, & Exemplar aliud *in Domus Profeſſæ Archivo*. Ego verò etiam Librum attuli ab *Sinis Doctoribus* & graviſſimis *Magiſtratius* eo ipſo tempore, quo Lapis repertus fuerat, Sinicè impreſſum, in quo ſcriptura Lapidis juxta archetypi ſui veritatem veriſſimè & exactiſſimè expreſſa exhibetur.

„ Exhortantur *illi* in adjunctis Li-
„ bro *Prologis Galeatis* univerſos
„ Sinas, ut tandem *Magiſtros magni*
„ *Occidentis* (ita *Patres Societatis*
„ *JESU* appellant) adeant, & vide-
„ ant eandem prorſus Legem apud
„ Sinas eos prædicare, quam *decem*
„ *retro ſæculis* ipſorum majores cum
„ *tot Imperatoribus* fuiſſent, ample-
„ xati; quamque Sinici libri à Patri-
„ bus Societatis JESU impreſſi *ante*
„ *Lapidem repertum* exhibuerant.

Reſtat nunc, ut breviter, *quomodò* marmoreus ille Lapis *detectus* ſit, explicemus.

Cum poſt obitum in Inſula *Sancheu* Sinarum S. Franciſci *Xaverii*, venerabilis P. Matthæus *Riccius*, aliique Patres Societatis JESU in Sinarum interiora Evangelium Chriſti

intuliſſent, Reſidentiasque & Eccleſias in nonnullis Provinciis erexiſſent, adeoque non exiguum progreſſum ſanctæ fidei propagatio in Provincia *Xen-ſy* feciſſet; Anno Chriſti 1625 nonnemo è Societatis JESU Patribus à Doctore *Philippo* invitatus, in patria illius *Sãnyuen*, Viginti baptizavit perſonas, & cum eòdem Doctore ad videndum Lapidem, quem paulò ante aliquot menſes in Metropoleos *Sȳ-ngãn fù* conjuncta Cheu-che villa, dum rudera pro pariete ædificando eruerent, invenerant, abiit. Is ſcripſit (quod idem poſteà alii Patres, qui in *Sy-ngãn fù* Reſidentiam & *Eccleſiam* conſtituerunt, cum Chriſtianis & ipſis gentilibus affirmarunt) Lapidem repertum, *latum* eſſe quinque palmis, *groſſum* uno palmo, *longum* novem & amplius palmis; *faſtigium Lapidis* adinſtar pyramidis oblongæ duorum palmorum, & latæ unius, efformatum; in vertice ſcalpro exſculptam Sanctam *Crucem* ſupra *nubeculas*, quæ brachiis *lilia* imitaretur, referre; Præter *Sinicam ſcripturam*, ad latus ſiniſtrum, & infrà videri *Syriaca nomina* Syrorum *Sacerdotum*, atque etiam alia *nomina Sinica eorundem Sacerdotum* ſubtus adjuncta. (*conſuetudo eſt Sinis plura nomina habere*; undè etiam hodiè Chriſtiani & nomen Sanctorum in *Baptiſmo* acceptum, & aliud Sinicum retinent.) Admonitus *Gubernator Loci* de Monumento reperto, perculſus & novitate rei, & etiam omine (namque illi eo ipſo die filius mortuus fuerat) elegantem compoſitionem in laudem Monumenti reperti fieri, ac in alio ſimili Lapide marmoreo inſculpi præcepit, utrumque verò in fano Bonziorum *Taù Sù* dictorum, milliari uno diſtante à muris Metropoleos *Sȳ-ngãn fù*, ad perpetuam rei memoriam reponi procuravit.

Plura alia Catholicæ fidei prædicatæ Sinis veſtigia ſubſequentibus annis reperta ſunt, quæ planè Deus videtur non niſi eo tempore voluiſſe palam fieri, quo fidei prædicatio opera Patrum Societatis JESU pervaſit Sinas; nempe *ut vetera & nova teſtimonia identitati fidei Catholicæ aſtipularentur invicem*, ac manifeſta perſpicuaque *Evangelii veritas* proſtaret univerſis. Similes imagines S. Crucis in Provincia *Fokieñ* anno Chriſti 1630. In *kiamſy* Provincia lumine etiam miraculoſo emicante à gentilibus conſpecto anno Chriſti 1635. Et item in *Fo-kien* montibus & civitate *Cyuên-chēn* anno Chriſti 1643. *cruces inventa* fuerunt. Imò ipſe venerabilis P. Matthæus *Riccius* cùm primùm in Sinas penetravit, *Xé tsú kiáo*, nomen Crucis doctrinæ, reperit, quo nimirum Chriſtiani antiqui-

tus

tus Crucis doctrinæ diſcipuli apud Sinas vocarentur; & omninò viguiſſe Chriſtianos in Sinarum Regnis cùm *prima* vice *Tartari trecentos ante annos* invaſiſſent Sinas, conjunctosque *Saracenis*, *Judæis*, *Neſtorianis*, atque *Gentilibus*, tempore etiã Marci *Pauli Veneti*, qui in *Catay* pervenerat, (quæ eſt *ipſiſſima Sina*) ibidem vixiſſe, mihi nullum dubium eſſe poteſt.

An autem *S. Thomas*, vel alius Apoſtolus Sinis prædicaverit Evangelium, necdum res certò comperta videtur. *P. Nicolaus Trigautius* colliget ex aliquibus teſtimoniis *Eccleſiæ Malabaricæ* Archiepiſcopatus *Cranganor*, ſeu *de Serra* Chriſtianorum *S. Thomæ* ſic dictorum, quod ibi, ſicut & in *Meliapor* (quæ olim *Calamina*, & modò à Luſitanis *San Thome* vocatur) prædicaverit S. Apoſtolus, eò quod ex *Gaza* ſeu *theſauro* in *Officio S. Thomæ* recitatur: *Per S. Thomam Sinæ & Æthiopes converſi ſunt ad veritatem; per S. Thomam Regnum cœlorum volavit & aſcendit ad Sinas.* Et in *Antiphona*: *Æthiopes, Indi, Sinæ, Perſæ, in Commemoratione S. Thomæ offerunt adorationem nomini Sancto tuo.* Item in *Canone Synodali* antiquo: *Epiſcopi Magnæ Provinciæ, nimirum reliqui Metropolitæ Sinæ, Indiæ, Paſes, mittant literas conſenſiones.* Adde quòd qui regebat illam Eccleſiam *de Serra* in adventu *Luſitanorum* ſe ſubſcribebat *Metropolitanum totius Indiæ & Sinæ.* Verùm enimverò conſideratis penitiùs rebus, ex iis circumſtantiis ac veſtigiis, quæ poſt P. *Trigautium* clarere cœperunt, *necdum* concludi certò poteſt, *S. Thomam Apoſtolum per ſe apud Sinas diſſeminaſſe Evangelium*; Nam licet veſtigia fidei Chriſti reperta, apertè oſtendant illatam fuiſſe fidem Chriſti in Sinas; nihilominus tamen illa ipſa veſtigia monſtrant penetraſſe fidem ad *Sinas*, cùm regnaret familia *Heú han* trium Regnorum (quod modò eſt *Nán kim*, Regnum tertium) nimirum in Provincia *Kiam sy* ad ripam fluminis, ſiquidem *Crux ferrea* circiter librarum trium millium pondere videtur, & legitur infixa fuiſſe *Sinica æra*, quæ cadit in *annum à Christo nato 239.* Undè fides & prædicatores illius apud *Sinas Auſtrales* certò evincuntur, fuiſſe ferè ante 1415. annos. Elapſis verò annis hiſce ab ortu Chriſti, extinctam Legis notitiam iterum renovatam per *Sacerdotes de Tá cy n* Judæa, ſeu *Syria* in *Xensy* Boreali Regno *Sinarum*, regnante *familia Regia Tam* anno Chriſti 636. ſicut inventus Lapis teſtatur. Ubi relatis prædicatoribus fidei Chriſti illius temporis apud Sinas, nulla ſit prorſus mentio, S. Thomæ, aut alterius

Apo-

Digitized by Google

Apoſtoli; quod tamen multum conducebat ad intentionem illorum, qui Lapidem erigebant ad perpetuam memoriam, conſignare; videlicet prædicatores fidei iterum prædicaſſe illam Legem, quam *S.* Thomas, aut alius Apoſtolus prædicaverat apud Sinas. Proindè evincitur, *illos de Tacyn prædicatores non habuiſſe notitiam S. Thomam,* aut alium Apoſtolum *Sinis vulgaſſe doctrinam Chriſti*, & ſignum conjecturamque fieri poſſe, fortè nec S. Thomam, nec alium Apoſtolum intuliſſe Evangelium Sinis, aut ut *moderatiſſimè loquamur*, nihil de hoc certò deduci poſſe ex veſtigiis repertis; ſuperiora verò allata ſolùm probare poſſe, ſacerdotes illos ex Eccleſia S. Thomæ vel Babyloniæ, quæ tum regebat *Malabaricam de Serra* Chriſtianorum *S. Thomæ* (ſicut poſteà invenerunt Luſitani) miſſos fuiſſe ad erigendum *Sedem Epiſcopalem*, inferendamque fidem Sinarum populis, cùm hoc vel ipſa *lingua Syriaca* antiqua *eſtrangelo*, quæ in illa Eccleſia retinetur, & olim in *Babylone* atque *Syria* in uſu fuerat, veroſimiliter teſtetur. *Orationes* porrò *in laudem S. Thomæ* compoſitæ benè intelligi poſſunt, quòd nempe per *merita S. Apoſtoli*, & ex ejus Eccleſia ſacerdotes fidem, quam à S. Thoma acceperant, fortè primi in Sinas omnium intulerint, ideoque *jure merito S. Thomæ eorum converſionem debere attribui*.

Quarè cùm nulla mentio S. Thomæ Apoſtoli reperiatur in hucusque veſtigiis fidei prædicatæ detectis, aſſeverare certò non poſſumus, Sanctum Thomam, vel alium Apoſtolum Sinis prædicaſſe Evangelium; Multis verò poſt ſeculis Chriſtiani *Preſte Joannis* (quem *M. Paulus Venetus Uſun Can* vocat) fuêre, quos exiſtimo *Crucis Doctrinæ Cultores* vocatos, & *cum Tartaris*, aut paulò ante in Sinas penetraſſe; nam illi de *Judæa*, vel potiùs *Syro-Chaldæa*, aut *Malabarica*, uti multo Tartaris Chriſtianis antiquiores, ita quoque ſuos ſequaces diſcipulos claræ Doctrinæ *Kin Kiao* appellari volebant. Crediderim autem, Prædicatores illos *non ex Judæa veniſſe*; nam Syros fuiſſe, Syriaca lingua & nomina teſtantur; ſe tamen *de Judæa dixiſſe*, quòd Legem, quæ in Judæa exorta fuerat, prædicaverint. Verùm *ex quonam loco venerint* illi ſacerdotes Syri, ſicut & illorum ſubſcriptiones Syriacæ, has R. P. *Athanaſii Kircheri* optimè de univerſa antiquitate meriti Viri, *induſtrioſis Commentationibus* relinquimus; quas ut majori fide & ſoliditate perficeret, in hunc finem eandem quoque ſcripturam à *nobili Juvene Sina Don Chin Andrea* individuo itineris mei Romam ad Sedem Apoſtolicam comite, *Sinicis* characteribus *novo* labore pro-

Digitized by Google

propria manu, *ex libro* (qui jam à Sinicis Doctoribus ſummæ tum auctoritatis tum fidei viris impreſſa, & in univerſum Imperium divulgata fuerat) *excerptam*, & à me de verbo ad verbum *Latinè traductam*, ac *numeris interpunctam* obtulimus, Librum verò prototypo Lapidis prorſus congruum, in Muſæo ejuſdem, rariorum rerum veluti quodam promocondo, ad perpetuam rei memoriam, unà cum *facti atteſtatione propria manu*, aliorumque è China oriundorum ſubſcripta poſuimus Romæ, 4. Nov. Anno 1653.

P. MICHAËL BOIM.
ANDREAS DON SIN, SINA.
MATTHÆUS SINA.

Oculati inſpectores Monumenti, nec non hujus Tabulæ ex Prototypo deſcriptores.

De eôdem Monumentô *Idem Boimus* agit *Flora Sinica* p. m. 29. & *Relationis de China* pag. m. 7.

Hactenus laudatorum verba Auctorum.

HOrum *fidem* ceteri ſequuntur. Laudantque monumentum non *Jeſuitæ* tantùm, ſed et *Proteſtantium* nonnulli. Id quod inferius indicabitur.

Nunc ea tantùm, quæ ſuperius tradita ſunt, in *Hiſtoria Compendium* redigam. Atque unà *addam*, quæ huc faciunt.

Ergò

I. INVENTUS

eſt *Lapis* iſte celeberrimus procul hinc

(a. *Ubi?*)

in *Chinâ*.

Et in provinciâ quidem, quæ *Xenſy* dicitur.

Ad ejus *Metropolim* ſcilicet, *Siganfu* patriô nomine appellatam. De *proprio* tamen *loco* nonnihil diverſi ſcribitur. *Kircheri* teſtimonio, Lapis *in pagô quôdam* repertus eſt; *Boimi*, *in villâ Cheuche*, urbi Siganfu contiguâ; *Martinii*, in *Civitate San yuen* quæ CX. Stadiis Sinenſibus; milliaribus verò German. ſeptem metropoli diſtat.

(b. *Quâ occaſione?*)

Occaſio inveniendi monumenti erat, quod foſſores terram eô locô excavarent, ut *ædificio* cuidam *fundamentum* pararetur,

Digitized by Google

(c. *Quando?*)

Factum hoc *anno Domini* cIↄ Iↄc XXV: Adeoque *paucis annis* ANTE, *quàm Patres Societatis JESU in Chinam appellerent. Kirchero* ſc. autore, *Prodr. 71. & Chin. Ill. p 34. b. f.* ubi obſervat, non ſine *omine* & *myſterio* ita eveniſſe. *Unde apparet*, inquit, *tàm eximiarum & ſublimium rerum interpretationem non fuiſſe reſervatam niſi iis, qui divinarum humanarumq; rerum ſcientiâ egregiè inſtructi, ejusdem doctrina legisq; vetuſtate temporum obliterata futuri erant annunciatores propagatoresq;.* (Pari *ratione*, quâ *Trigautius* ſcribit in *Expeditione Sinicâ: Fortaſſe non ſine NUMINE accidit, ut idem hodie noſtri CRUCI nomen imponerent, quòd veteres olim ap. Sinas, eâdem SERMONIS PENURIÂ compulſi jam ante indiderant. Adde Boymum, ubi de veteribus & novis Catholicæ fidei teſtimoniis* agit.) Sed *Boimus*, (cujus verba ipſe *Kircher.* p. 8. a. fin. adducit) diſertè tradit, ANTE hoc tempus & poſt obitum Franc. *Xaverii Evangelium Chriſti in Sinarum interiora* per Matthæum *Riccium* alioſque Societatis Patres illatum, Chriſtianas *Eccleſias* paſſim erectas, ſanctamque fidem in ipsâ *Provinciâ Xenſy* non exiguè propagatam fuiſſe. Quod & *Templi Pequinenſis* inſcriptio docet, quam *China ill.* p. 107. exhibet. Add. *Prodr.* 50. p. m. Et verò ipſo tempore, quò lapis repertus eſt, in Sinis jam tum *Trigautius* degebat. In provinciâ nempe XENSY, uti *Diaſius* refert. Et ipſe *Dias.* Macao enim, ubi literas dabat, *Quangtungi*, provinciæ ſinicæ, civitas eſt. *Philippus* etiam *Mandarinus* illô ipsô locô vivebat, quô Lapis effoſſus dicitur. Teſtes, *Boimus* & *Alvarus.* Ne *Leonem* dicam & Loci *Gubernatorem.*

Sed & ante lapidem repertum libros quosdam ſinicè à Patribus Soc. JESU editos eſſe *Boimus* meminit. Iterùmq; *Inſcriptio Templi Pekinenſis.* Quare à *Kirchero* procul dubio *erratum* eſt, quod lapidem repertum ſcribit *paucis ante* Patrum Soc. JESU adventum *annis.*

II. Materia Monumenti

Lapis erat, & Marmor quidem. Indeque *lapidea tabula* dicitur *Kirchero*, & *Marmoreus* lapis, *Boimo*, *monumentum lapideum*, iterum *Kirchero*, *Saxum*, *Martinio.*

III. Quantitas

Et Magnitudo XXIV. palmorum aut circiter erat, Diaſio autore. Ceteri longè aliter. Tradunt enim lapidem LONGUM fuiſſe palmis ferè decem. Ita *Martinius Kircherus.* Novem & amplius, *Boimus*, Novem cum dimidio, *Kircherus.* LATITUDO *quinq;* palmorum erat; craſſitudo *unius.*

Ita

Digitized by Google

Ita *Boimus* & *Mart. Circiter* ait, *Kircher*.

IV. Forma

Quadrata erat & *parallelogramma*, ſed deſuper *Pyramide* locupletata. Seu *Faſtigio* & *Limbo* in Pyramidem abeunte, longoque duobus palmis; lato verò uno.

Lapide reperto

V. Fama.

Protinus ad multos perlata eſt. Et primum quidem ac potiſſimùm ad *Gubernatorem* illius loci, cujus *eô die filius mortuus* fuerat. Is re cognitâ, perſpectisque veſtigiis venerandæ *antiquitatis*, cujus Sinæ amantiſſimi ſunt, multo lapidem honore dignatus eſt, affecitque. Curavit ſc. in alio ejusdem magnitudinis lapide totam inventi ſaxi periochen incidi, iisdem characterum notarumque ductibus quâ par erat fide ſervatis ediditque ſcriptum quoddam in laudem ejus. *Apographum* verò intrà pomærium templi Bonziorum, quod *Taù sù* dicebatur, & milliari à Siganfu aberat ſuper abacum ſtatuebat, ut ſpectari, legique publicè poſſet, & adverſus tempeſtatum injurias tectum munitumque eſſet. Poſteà laboratum eſt, ut idem in *Regis notitiam* deveniret. *Boim.* Et mirum, non ſtatim deveniſſe. Siquidem, etſi vix unquam palatio egredi ſoleant Imperatores, totius tamen regni ſtatum probè norunt.

VI. Scriptum porrò

Duplex erat: *Sinica* & *Syriaca*.

Sinica charactere MODERNO exarata fuit. Et *ſpectabilis* quidem. *Eximio* etiam *lapidis ornamento*. *Syriaca*, charactere, qui *Eſtrangelo* & *Chaldaicus* quoque dicitur, & *Antiquus*. Imò *Copticus*. Sed perperam. Atque ex hôc ipsô Kircherus *amplitudinem Syri ſermonis* demonſtrare ſatagit. Quem *v. Prodr. p. 49. & Chin. Ill. p. 45.*

VII. Textus

tria complectitur. *Titulum*, nempe & *Corpus*, quæ Sinicè; & *Margines*, qui Syriacè juxtim atque Sinicè exarati ſunt.

Titulus ſupremo, quem dixi, limbo aliquam partem inſculptus eſt, & *tribus columellis* conſtat, *novem* verò *characteribus*.

Corpus Scripturæ *triginta columnis* conficitur. Sed prima *reſiduum tituli* eſt; poſtrema, *vigeſima octava Supplementum*.

Margines tres quaſi ſunt: *Siniſter, infernus, dexter*. Iis verò & *Sinica* & *Syriaca nomina* Sacerdotum continentur, qui inibi Evangelium plantaverint, aliorumque quorum temporibus *Hiſtoria* hæc Evangelii condita, inque Saxo cœlata fuiſſet. *V. Boimus.*

Memoranda eſt &

VIII. Crux,

Cœlaturæ ſumma. *In vertice* enim

Limbi figura *S. Crucis* viſa eſt, cruci *Equitum S. Johannis Hieroſol.* ſeu *Melitenſium* valdè ſimilis. Sed cornua illius in *liliorum* modum repanda fuiſſe dicuntur. *De crucibus* in *Commentario Theologico* amplius dicam.

VIII. Argumentum,

Hiſtoria Evangelii eſt, vel, ut ipſi *autores* loquuntur.

ܡܕܒܪܢܘܬܐ ܕܦܪܘܩܢ
ܘܡܟܪܙܘܬܗܘܢ ܕܐܒܗܝܢ
ܠܘܬ ܡܠܟܐ ܕܨܝܢܝܐ

Adminiſtratio redemtoris noſtri & prædicationes Patrum noſtrorum apud Reges Sinarum.

Ceterùm, quòd lapis *variâ* & *multiplici rerum relatione conſtet*, non immeritò ſcribitur à *Kirchero Chin. Illuſtr.* p. 34. Illud verò *commentariorum claſſes* teſtabuntur.

IX. Auctor,

Isdebuſid. Vid. *Comment. Proſopographicum.*

X. Tempus,

Annus Domini 780. Vid. *Comment. Chronologicum.*

XI. Stylus,

Eloquentiæ elogio à nonnullis ornatur. Aſt *Semi-Sinicum* Doctorem ac *Semi-Chriſtianum* auctorem vocat *Theophil. Spizelius* de *Literat. Sinenſ. p. m. 60.* Vid. Comment. *Philologicum*, & *titulum* hujus capitis XVII.

XII. Editiones

Variæ ſunt.

Prima Gubernatoris eſt, de quo *ſuperius. pag. 11. a.*

Altera *Leonis Mandarini*, neophyti Chriſtiani. Is enim exactè textum deſcripſit, totique regno evulgavit.

Exemplum Prototypi juxtà omnem dimenſionem unà cum fideli interpretatione *Romam* tranſlatum eſt, ibique in Domus Profeſſæ Archivo, ſive Bibliothecâ aſſervatur, & in Muſæo Collegii Romani. Quod paulò liberalius *Martinius* de *Prototypo*; Boimus de *originali* pronunciant.

Syriaca etiam *Scriptura* ſeorſim excuſa eſt, ut Europæis mitteretur exponenda.

Alvarus enim, quæ eſſet, non intelligebat. *Ant.* verò *Fernandez* Soc. Jesu, qui tum *Cranganore* docebat, *ſyriacas* eſſe dicebat. Romam itaque miſſa. Et ad Kircherum. Is eam *primus* expoſuit in *Prodromo* Copto. Et pòſt *plenius.*

Alioqui *Manuſcriptum* hujus monumenti exemplum *Kircherus* penes ſe habet. *Impreſſum Boimus.*

Novum editionis exemplum Boimus Romam attulit & Kirchero reliquit.

Poſtrema editio ea eſt, quam ſuperiore anno *Kircherus* fecit.

Digitized by Google

Ea *quatuor* universè complectitur operas. *Prima*, integer monumenti *textus* eſt, tàm *Syriacus* quam *Sinicus*. *Altera*, *Lectio*. *Tertia*, *Verbalis interpretatio*. *Quarta*, *Paraphraſis*.

Textum ex *autographo* Romæ anno 1664. *Matthæus Sina*, cui *Siganfu patria* erat, propria manu, veluti à *Kirchero* editus eſt, deſcripſit. *Andreas* item *Don Sin*, Boimi reducis Comes, è libro *impreſſo*. Exactiſſimè verè juxtà Archetypi veritatem deſcriptum eſſe, *Boimus* teſtis eſt. *Lectio*, Boimi eſt. Sic & *Interpretatio*. *Paraphraſis* illa ipſa, quæ pridem *Prodromo Copto* inſerta erat. Omnia præter Textum *capite ſecundo* de novo recenſeo. Ac ita quidem, ut non tantùm *Amſtelodamenſis editio*, exactè exprimatur, ſed multa inſuper præſtentur, quæ, quo certius foret monumentum, tanto plus lucis illi darent.

XIII. *Verſiones*.

ejusdem Mon. non paucæ item prodierunt.

Prima *Luſitanica* erat.

Secunda *Italica*. Sed è *Luſitanicâ*. Ejus autor *Samedus*. Eaque Romæ edita eſt anno 1631.

Tertia ex Italico *Latinè* facta à P. *Kircherô*. Hæc eſt quam *Paraphraſin* vocamus.

Sed eô ipsô *anno*, quo lapis inventus eſt, *varia* extabant *verſiones*. Ita tamen, ut omnes *in eſſentialibus* convenirent. Hæc *Diazius*.

Novè autem in Latinam Linguã verſa eſt tabula à *Michaële Boimo*, operâ *Andreæ Don Sin*, *Verbotenus* nempe ac recentâ *phraſi Sinicâ*.

Idem *Boimus numeris* textum interpunxit. Ut & *Lectionem* & *Verſionem* ſuam.

Quare non omnibus vocibus *numeri* adjecti ſint, iſtas quidem *Kircherus* affert rationes: *Primò*, inquit, *ne columnas tot numeris intricaremus*. *Deinde*, *quia ſperabamus futurum*, *ut lector ſeipſo facilè locum deſiderati characteris ſit reperturus*. Vid. *Comment. Criticum*.

XIV. *Commentarÿ*

Quoque plures videntur prodiiſſe, quibus *Monumenti argumentum* latius exprimeretur.

Primum *Leo Mandarinus* adjecit editioni ſuæ. Ut et *Prologos Galeatos*, quos *Boimus* vocat. In *Prologis* univerſos Sinas hortatus eſt, ut tandem *Magiſtros magni Occidentis* (ita Patres Societatis JESU appellari volebant,) adirent, viderentque, *eandem prorſus legem* ab ipſis prædicari, quam decem retrò ſeculis majores ipſorum cum tot Imperatoribus coluiſſent. Hæc iterum *Boimus*. Sunt etiam Paraphraſi Luſitanicæ Commentatiunculæ quædam innexæ. Vid. *Prod.* 51. m. *Chin.* 41. a. p.

Commentarij quoque *vicem* ſuſtinent ea quæ *Kircherus* in *Prodromo* & in *Chinâ illuſtratâ* perſcripſit. Sed *idem* verbotenus eſt, quod *utrobiq;* ſcripſit. Paucis poſtmodò additis. Et neſcio, *an alia* adhuc Monumenti hujus Exegeſis ab illô expectanda ſit. Poſt *Prodromi* enim *editionem* aliam commentationem non ſemel promiſit. Facit hoc *ad Calcem Artis Magneticæ* tertiùm editæ. Facit in *literis* ad Bartholdum *Nihuſium*, quas XI. Junii anno CIƆ IƆC LIV. dederat. Et ibi ſcripſerat: *ſe opuſculo de Monumenti Sinici interpretatione Æthiopicam de Purgatorio diatriben inſerturum* eſſe. Id verò non fit *in Chinâ illuſtratâ*. Ubi tamen de *Purgatorio* alia quædam habet. Neque, quod *Nihuſio* augurabatur, *Hornio occurritur*, niſi *ſolâ editione* textus, *& nominis parſimonia*. Vid. *Nihuſ.* Progr. p. 42. In ipsâ porrô *Chinâ illuſtratâ opus de Monumenti Sinici vetuſtiſſimi interpretatione* promittit, ubi unà de *Lingua Sinicæ proprietate accuratò & variæ Lectionis peragendæ ſpecimina* ſit allaturus. p. 232 b. Et, ſi vel maximè etiã hæc promiſſa, (quoniam Chinæ illuſtratæ tota pars ſexta, ex *Oedipodis* Ægyptiaci tomo *III.* verbotenus repetita eſt,) eodem ſpectarent, neſcio tamen, an non majora expectari poterant ab eô, qui *exquiſitiſſimarum Bibliothecarum apparatu, Virorumq;*, qui *Sinicæ Linguæ peritiſſimi* erant, *delectu* commodè libereque utebatur, *multaq;* alias *ſcientiæ* erat. Atqui plura ab ipſo nobis expectanda non eſſe ad *finem tertii capitis* ſubindicat. Ubi nihil amplius ſibi proponit, quàm *Scholia*, quibus obſcuriora quædam illuſtranda duxerit, & *Conſenſum doctrinæ Lapidis* & omnium orthodoxorum *Orientalium*. Agit ergò

Cap. IV. de *Cruce* in ſupremo Lapidis apice.

Cap. V. de Articulis *fidei*, deque *ritibus*, ut & de *Regibus*, quorum Lapis meminit. Additque teſtimonia quædam Syriaca & Arabica pro *Oratione* pro defunctis, *Purgatorio, Miſſa*.

Cap. VI. de Nominibus *Syriacis*, ut & de *Computo*.

Reliqua præterit.

XV. Teſtes,

Qui fidem monumento faciant, non pauci ſunt, qui laudentur.

Vulgatâ enim famâ monumenti quamplures ad urbem *Siganfu* convolaverunt. Interque illos PRIMUS lapidem vidit *Alvarus Samedus*. Qui & deſcripſit. Ceterorum jam *ſuprà* facta eſt mentio.

XVI. Encomia

Satis ampla paſſim extant.

Nec *inter Sinas* tantùm commendata eſt Scriptura, ut de *Prologo editoris* dixi, ſed & *Europæis*.

Kircherus Lapidem vocat, *tanti*

ad

Digitized by Google

ad gentilium converſionem momenti.

Antiquiſſimum item teſtimonium veritatis doctrinæ modernæ Catholicorum.

Porrò *admirandum ſanè Lapidem.*

Imò ſcribit: *Niſi hæc notitia remanſiſſet, nihil hujus Hiſtoriæ ſacræ ſupereſſe.*

Martinius ut *brevem* ſed *exactiſſimam* & *planè admirandam legis Chriſtianæ explicationem* laudat.

Ut *Monumentum Catholicæ fidei* in Sinarum Imperio prædicatæ, Boimus.

Prodeſſe verò videtur hiſce autoribus ad *convincendos,* non *infideles* tantùm, ſed & *Proteſtantes. Proinde,* inquit Kircherus, *vel ex hôc Monumentô Heterodoxi veteris Eccleſiæ cum Modernâ conſenſum diſcere non erubeſcant.*

E Proteſtantibus Martinum Sylveſtrum *Grabium* invenio, qui monumentum dilaudet. Ita enim in *append. Apolog. Formularum Urban. Regii* pag. 243. ſcribit: *De Chinæ quondam Chriſtianis illud oppidò memorabile eſt, nec hoc loco prætereundum, illos jam ante mille circiter annos monumentum aliquot erexiſſe, quod annô demûm noſtri ſeculi 25. inſigni Chriſtianæ legis emolumento* (verba *Kircheri* p. 4. & ad Tabulæ marginem) *detectũ fuit.* Cumq; ex illo theſin ſuam comprobatum eat, fides ejus minimè ipſi ſubleſta eſt. Ex eôdem nonnihil refert Chriſtianus *Hoffmannus,* amicus noſter. Sed ſine calculo. Ac ipſe *Spizelius* Chriſtianorum Sinenſium ſententiam de Chao exinde comprobat.

XVII. Sequiora Judicia.

Attamen fuerunt, qui de *fide lapidis* dubitarent, quique eam planè elevarent.

Mirum eſt, ceteros, qui Sinenſium Hiſtorias pertractant, bujus traditionis nullam facere mentionem, verba ſunt *Hottingeri. Topogr. Eccleſ. p. 83. Certè* (inquit ipſe *Kircherus*) *in Chronicis Sinenſium præter memoratorum Regum & Mandarinorum nomina vix quidquam invenitur de Chriſtiana legis in Chinâ introductione.*

Kircherus etiam diſertè proteſtatur, ſe *eâ fide,* quâ inveniſſet, INTERPRETATIONEM Scripturæ proponere.

De *Lapide* tamen nihil dubitat. Imò ab ipsô *China illuſtratæ* principio in eos invehitur, qui *malam fidem Societatis JESU Patribus impingere* auſi ſint. Verba ejus, quia *Cauſam* vel *Occaſionem* editionis exponunt, integrè recenſere fortaſſis juvabit. Sunt autem iſta:

Jam ſex circiter luſtra aguntur, cum in PRODROMO COPTO monumenti cujusdam Syro-Sinici in

China

Digitized by Google

China anno 1625. reperti expoſitionem adduxi, quod tametſi apud ſenſatioris animi Lectores, rei novitate perculſos, non exiguum plauſum meruerit, ubi tamen mox iniqui rerum Cenſores & Ariſtarchi non defuerunt, qui naſutis argutiis, & nonnullis quidem aſteriſcis, at non niſi obtuſis plumbeiſque id ſuffigere non deſtitêre, Monumentum videlicet iſtiusmodi in rerum natura nunquã fuiſſe, atq; adeo id purum putum Jeſuitarum figmentum eſſe, non ſibi duntaxat, ſed & aliis perſuadere omnibus modis contenderunt; Tales merito ſuo ſunt & haberi debent pro iis, qui omni divina humanaq; fide repudiata, nil quod ipſi non viderint, approbent, nil quod proprium ipſis cerebrum non dictaverit credendum cenſeant. Tales ſunt, qui non ſecus ac importunæ muſcæ, ad quamvis pinguedinem obviam advolantes, quod ſincerum & integrum obfuſcare, quod purum, impuro ac thraſonico quodam afflatu commaculare non deſiſtunt. Quos inter quidam ex modernis Scriptoribus fuit, qui exiguo ſuo bonore hujus Monumenti veritatem omni conatu, inſolenti ſanè ſcommate elidere non eſt verecundatus, dum id modo IESUITICÂ FRAUDE *introductum*, modo *purum putum figmentum* à Jeſuitis, *tùm ad* SINENSES DECIPIENDOS, *tum ad* THESAUROS ERUENDOS *confictum* aſſerit: *cujus nomini partim ex* CHRISTIANA CHARITATE *parco, partim quia prudentum literatorumq; virorum judicio indignus, cui reſponderetur videbatur: cum Monumenti hujus veritas, tot illuſtrium Scriptorum* ἀυθεψία, *tot libris eâ de re vel ab ipſis Sinenſibus magnæ authoritatis* COLAIS, & *Chriſtiana lege initiatis*, LEONE & PAULO, *per univerſum Imperium evulgatis (qui in Coll. Rom. Muſæo exteris paſſim, unà cum Monumenti autographo ex China transmiſſo exhibentur) ſtabilita, confirmata, nec non ab Orbe Chriſtiano approbata, parum curet*, quid *Thraſo clancularius in ultimo Mundi angulo oblatret, qui ſi à calumniis & ſcommatis abſtinuiſſet, remq;* PRUDENTER SUB DUBIO PROPOSUISSET, *forſan melius ſibi ſuoq; operi conſuluiſſet; ſed ita juſto Dei judicio fit, ut qui divini Nominis gloriam, contra conſcientiam & charitatem cavillis & ſarcaſmis traducere nituntur, ut plurimum tandem proprii nominis laborumque naufragium patiantur.*

Hiſce itaq; motus, ne tanti momenti fide ſua deſtitum monumentum, veritatis pateretur naufragium, ab imis radicibus telam rei ordiendo, hoc opuſculo ſuſcepti Monumenti veritatem, ingenti eorum qui Monumentum,

non duntaxat oculis propriis ex noſtris Patribus inſpexerunt, ſed vel ipſorum Sinenſium atteſtatione firmatam ita Divinâ gratiâ opitulante ſtabilire contendam, ut in poſterum de eo nullus amplius dubitandi locus relinquatur, atq; adeo vel ipſi Heterodoxi ex hujus Syro-Sinicæ epigraphes interpretatione fateri cogãtur, nihil vel ante decem ſeculorum decurſum aliud à divini Verbi Prædicatoribus doctum fuiſſe, quod orthodoxæ horum temporum doctrina non ſit undequaque conſonum & conforme, imo idem, adeoq; doctrinam olim in China Evangelica prædicatione ſparſam, eandem quam univerſalis Eccleſia Catholica Romana hodierna die credendam proponit, uti poſtea multiplici argumentorum pondere comprobabitur. Hactenus *Kircherus.*

Scriptor, de quo queritur, *Georgius Hornius* eſt. Cui, quod ſuprà memineram, *Nibuſio* autore, occurrendum erat. Ceterum *Hornio* dicam ſcribi, ipſius verba, quippe quæ *Kircherus* non diſſimulat, ſatis docent. Sic autem ille, *Originum Americanarum IV. 15.* poſtquam Monumenti Kircheriani meminiſſet. Verùm, inquit, *inſpicienti illam narrationem fraus Jeſuitica non obſcura erit. Nam Saxum eſſe ſuppoſititium & à Jeſuitis ad decipiendos Sinenſes ac theſauris exuendos confictum patet.*

Similiter ferè *Spizelius* l. de Literat. Sin. p. m. 160. Adde *Quenſtedium* Diſp. de Purgatorio §. LXI.

In eandem ſententiam nupere ad me ſcribebat amicorum non nemo. *Ceterum* inquit, *ipſum monumentum non uno nomine videtur mihi ὑποβολιμαῖον. Noſti artes & Fraudes in talibus Jeſuitarum. Mira, ſi vera omnia.*

Sinarum quoque varias de hoc Lapide *opiniones* fuiſſe, *Kircherus* fatetur. Sed in eô concordantes, quòd Hiſtoria eſſet Legis DEI aliunde olim in Chinam translatæ (Prodr. p. 51.)

Propoſitio.

Quia tamen *intrà Conjecturas* tantùm hactenus controverſia ſtetit, atque alii Lapidem *tanti* faciunt, ut *Proteſtantium Cauſa* propemodum metuant, extrà partium ſive ſtudium ſive odium *Hiſtoriam hanc* ſubinde legi ac relegi. Tandemque animo ſubiit, undiquaque contrahere, quæ fidem monumenti tàm certam quàm ſuſpectam facere viderentur, eaque literato orbi, penes quem Judicii Summa foret, communicare. Id quod nunc tandem Salvatoris beneficio exigere datur, atque eo propitio exigendum eſt.

VENI SANCTE SPIRITUS,

qui

Per diverſitatem LINGVARUM cunctarum gentes in unitate Fidei congregaſti.

HALLELUJA, HALLELUJA.

Digitized by Google

MONUMENTI SINICI,

Quod

Anno Domini cIↄ Iↄc XXV. terris in ipsâ Chinâ erutum; Seculo verò Octavo *Sinicè*, ac partim *Syriacè*, in Saxo perſcriptum eſſe, adeoque dogmatum & rituum Romanæ Eccleſiæ (ante annos quippe mille in extremo Oriente receptorum) antiquitatem magnoperè confirmare perhibetur,

LECTIO ſeu PHRASIS,
VERSIO ſeu METAPHRASIS,
TRANSLATIO ſeu PARAPHRASIS.

Planè uti

Celeberrimus Polyhiſtor,
P. ATHANASIUS KIRCHERUS, Soc. JESU Presbyter ROMANUS,
in CHINA ſua ILLUSTRATA
Anno cIↄ Iↄc LXVII.
Singula ſingulariter edidit.

*****

Ceterùm

Tonos vocibus addidit,
inq; nonnullis novæ hujus Editionis Exemplis Kircherianæ
Defectus ſupplevit,
Errata ſuſtulit,
Omnia verò
Minio indicavit

ANDREAS MÜLLERUS,
GREIFFENHAGIUS.

BEROLINI, Ex Officina RUNGIANA,
Anno cIↄ Iↄc LXXII.

Digitized by Google

NOTA.


I. Voces, quæ in Kircherianâ verſionum editione *curſivo*, quem vocant, *charactere* expreſſæ erant, ego *majuſculis* literis deſignavi, ut, quæ gloſſematum locô à *Boymo* & *Paraphraſtâ* additæ ſunt, ſeorſim *curſivo* nunc indicarentur *charactere*.

II. Quæ in *Marginibus curſivo charactere* expreſſa ſunt, ad marginem *paraphraſios* pertinent: Reliqua *verſionis*.

Digitized by Google

Lin. 1. Tab titulus.

1. 2. 3.
De magna *CYN* (*Judaa videlicet*) clariſſimæ
4. 5.
Legis promulgatæ
6.
in CIUmKUE (*id eſt Sinarum Imperio*) Monumentum.



O. 1. 2. 3. 4.
Clariſſimæ legis promulgatæ *in* Sina
5. 6. 7. 8. 9.
Lapis æternæ laudis & prologus. *TACYN* (*id eſt, Judaa*)
10. 11. 12. 13.
Eccleſiæ Sacerdos, KIMCYM, retulit.



Declaratio DEL XIU PIU, vel ut Commentator ait, facta à Sacerdote Regni Judææ qui vocabatur KIM LIM.

Digitized by Google

Colũna prima.

II. VERSIO.

1. 2. 3. 4. 5. 6.
Principium fuit ſemper idem, verum, quietũ,

7. 8. 9. 10. 11. 12.
primorum primum, & ſine origine, neceſſariò

13. 14. 15.
idem, intelligens & ſpirituale, poſtremorum
16. 17.
poſtremum &

18. 19. 20.
excellentiſſimum exiſtens, ordinavit
21. 22. 23.
cœlorum polos, &

24. 25. 26.
fecit *ex* nihilo excellentiſſimè; *perfecti*
27.
omnium Sanctorum, pro

28. 29. 30. 31. 32. 33.
origine adorant, quem; ille ſolus perſonarum


34. 35. 36. 37. 38.
trium unica, perfectiſſima ſubſtantia non
39.
habens principium,


40. 41. 42.
veritas Dominus HOLOOY


43. 44. 45. 46.
ſtatuit Crucem (*Crucis figuram*) per pacificare
47.
quatuor


48. 49. 50. 51. 52.
partes *Mundi*, commovit originis ſpiritum &
53.
produxit.


I. LECTIO.


1. 2. 3. 4. 5. 6.

yĕ gjû chamĝen chiñ cyĕ


7. 8. 9. 10. 11. 12.

ſyeñ ſyeñ lĥ uñ yuen̂ ſiaõ.


13. 14. -- 15. 16. 17.

gen̂ lim̂ hiũ heú heú lĥ


18. 19. 20. 21. 22. 23.

miaó yeù ſum̃ biven̂ kĭ ū lĥ


24. -- 25. 26. -- 27.

ſaó hoá miaó chum̃ xim̃ ỳ

28. 29. 30. 31. 32. 33.

yuen̂ ſuń chè kĭ gvey rigò

34. 35. 36. 37. 38. 39.

ſañ yé miaó xim̃ uù yuen̂

40. 41. 42. -- -- --

chiñ chù ō lô ō yù

43. 44. -- 45. 46. 47.

pón xĕ ςú ỳ tymí ſù

48. 49. 50. 51. 52. 53.

fam̃ kù yuen̂ fum̃ lĥ ſem̃,

III. PARAPHRASIS.

Dico itaque hoc modo, ille qui ſemper verus fuit & quietus, omnis expers principii, intellectus profundiſſimi, & ſemper duraturi, excellente potentiâ ſuâ ex nihilo creavit res omnes, infinitâ majeſtate ſua & ſanctitate fecit Sanctos. Hæc eſt eſſentia Divina, trina in perſonis, & in ſubſtantia una, Dominus noſter, verus ſine principio, OLÒ, ò YU (*quod in Chaldæo idem ac* ELOHA *ſignificat*) in figurâ Crucis fecit quatuor Mundi partes, commovit chaos, fecit

Creatio rerum.

Duas

Digitized by Google


II. VERSIO.

Col. 2.

1. 2.
Duas mutationum cauſas (*Sinicè dicuntur YM*
3.
& YAM, hoc eſt, Materia & forma) obſcurum
5. 6.
vacuum mutavit, &
7. 8. 9. 10. 11.
cœlum, terram aperuit, Solem, Lunam cir
12.
cumvolvit,
13. 14. 15. 16. 17. 18.
& diem noctem fecit, Artifex operatus
19. 20. 21. 22. 23. 24.
univerſas res. idem erigere voluit hominem,
25. 26. 27.
ornato donavit amabiliſſimam pacificæ unionis ſubordinationem (*id eſt, juſtitiam originalem*)
28. 29.
præcipiebat quietem
30. 31. 32. 33. 34.
fluctibus maris, integra originis natura
35. 36. 37. 38. 39.
vacua *humilisq;* & non plena *ſuperbaque*, ſequi
40.
appetituum
41. 42. 43. 44.
fluctuationem corde, de ſe, neque leviſſimè
45.
deſiderabat,
46. 47. 48. 49.
promanavit à *SOYAN* (*id eſt, Diabolo*) exten
50.
ſus dolus,
clam ornavit naturam puram & ſimplicem otioſa pace

magnificam in

I. LECTIO.



III. PARAPHRASIS.

duo *KIS* (*hoc eſt duas virtutes, ſeu duas qualitates dictas INYAM; Commentator habet, duo principia*) fecit mutationem in abyſſo, *id eſt, mutavit tenebras*, comparuit cœlum & terra, fecit ut Sol & Luna motibus ſuis noctem & diem cauſarentur, res omnes fabricatus eſt. Verùm creando primum hominem ei præterea juſtitiam largitus eſt originalem, dominum eum conſtituendo totius Univerſi, qui de ſua natura primò vacuus erat & vilis, ſeipſo plenus, intellectu plano & æquali, & ſine miſtura nullum habens appetitum inordinatum. *KIS, quid in Sinenſi linguâ.*

II. Poſtquam verò Satanas fraudibus ſuis uſus, effecit; ut Adamus id quod ex ſe & ſua natura purum erat & perfectum, inficeret; *hoc eſt, fecit ut malitia in* *Lapſus Adami.*

Illius

Col. 3.

II. VERSIO.

1. 2. 3. 4. 5.
Illius permanentiæ medio odium occultavit

6. 7. 8. 9. 10.
ſimul per laudem malitiæ ad intra,

11. 12. 13. 14. 15. 16.
iſtud cauſavit ter centum ſexies decem

17. 18. 19. 20.
quinque ſectas, humeri hominũ ſequebantur
21. 22.
ordinem veſtigiorum

23. 24. 25. 26. 27.
contendentes texere regularum retia, aliqui
28.
monſtrabant

29. 30. 31. 32.
res creatas pro credendo principio, aliqui
33. 34.
vacuum habebant

35. 36. 37. 38. 39.
pro origine duarum *cauſarum*, aliqui præſtabant


40. 41. 42. 43. 44.
ſacrificium ad accerſendam fortunam, aliqui
45.
conquirebant *falſa*

46. 47. 48. 49. 50.
bona ut deciperent homines, prudentiæ
51.
cogitationum

52. 53. 54. 55.
inventiones *doloſa*, amoris paſſione, gaudentes


56. 57.
laborant ſic


I. LECTIO


1. 2. — 3. 4. 5.

sú xí chī chum kiē miñ


6. 7. 8. 9. — 10.


tum yú poý fi chī nuý


11. 12. 13. 14. 15. 16.

xí ỳ san pě lŏ xĕ


17. 18. 19. 20. 21. 22.

ú chum kien suŷ kiĕ chĕ


23. 24. 25. 26. 27. 28.

kim chĕ fú lŏ hoĕ chi


29. 30. 31. 32. 33. 34.

uĕ ỳ tŏ sum hoĕ cum

35. 36. 37. — 38. 39.

yeù ỳ lun lǐ hoĕ taò

40. 41. 42. 43. 44. 45.

sú ỳ yaŏ fŏ hoĕ fă

46. 47. 48. 49. 50. 51.

xen ỳ kiaŏ gin chi hiú

52. — 53. 54. 55. —

ym ym ngen ym mim mim

56. 57.

mam gen,

III. PARAPHRASIS.

ipſum intrare inciperet perturbatura pacem, & hujus ſuæ ſimplicitatis æqualitatem & diſcordiam illa fraude introduxit. Id circò trecentis ſexaginta quinque ſectis unâ poſt alteram obortis, unaquæque earum maximum quem poterat numerum ad ſe trahebant. Aliqui creaturam Creatoris loco habebant. Alii principium rerum omnium vacuum ponebant, & ens reale (*alludit ad hoc ſecta Tagodum & Literatorum Sinenſium*) quoniam illi aſſerunt, quod principium, è quo omnia prodiêre, ſit vacuum; quod idem illis eſt, ac ſubtile, ſenſibus imperceptibile, etiamſi in ſe reale ſit & poſitivum principium. Literati verò dicunt, quod principium rerum non ſolùm reale ſit & poſitivum, ſed præterea quod talis ſit figuræ & corpulentiæ, ut ſenſibus comprehendi queat. Quidam ſacrificiis quærebant beatitudinem. Quidam bonitate quadã gloriabantur ad decipiendos homines, qua in re omnem ſuam ſcientiam & induſtriam collocabant, omni diligentia & intentione ſuis affectibus ſervientes. Verùm fruſtra laborabant

365. Secta.

Abs


Digitized by Google

Col. 4.

II. VERSIO.

1. 2. 3.
bsque eo, *quod* poſſent *conſequi*, torrebantur
4. 5. 6.
arctiſſimè revolutique cremabantur;
7. 8. 9. 10. 11.
aggregantes tenebras ſine via; *à* multo *tempore*
12.
deperdentes
13. 14. 15. 16.
excellentem beatitudinem; *in* hoc *tempore*
17. 18.
perſonarum trium
19. 20. 21. 22.
una communicavit ſeipſam clariſſimo
23. 24.
venerabiliſſimo*que MI*
25. 26. 27.
XIO; operiendo abſcondendoque veram
28.
majeſtatem;
29. 30. 31. 32. 33.
ſimul homo prodiit *in* ſæculum; Spiritus *de*
34.
cœlis,
35. 36. 37. 38. 39.
ſignificavit lætitiam, Virgo fœmina peperit
40.
Sanctum
41. 42. 43. 44.
in TACYN (*hoc eſt, Iudæa*) clariſſima conſtella-
45.
tio annuntiavit
46. 47.
felicitatem; *TO SU* (*Reges ex illa terra Orienta-*
48. 49. 50.
li) viderunt claritatem, &
51. 52.
venerunt offerre munera ſubjectionis
53. 54. 55.
completa bis decem quatuor
56.
ſanctarum.

I. LECTIO.



III. PARAPHRASIS.

& ſine profectu, ſemper in pejus progredientes, quemadmodum contingit iis, qui è vaſe cretaceo ignem elicere volunt, obſcuritatẽ addẽtes obſcuritati, & hoc ipſo veram ſemitam perdentes ad viam vitæ reverti neſcientes.

III. Tunc una de Divinis perſonis ſanctiſſimæ Trinitatis dicta Meſſias reſtringendo tegendo que Majeſtatem ſuam, & ſe humanæ naturæ accommodando homo factus eſt. Quam ob rem ad hoc gaudium annunciandum Angelum ablegavit, & de Virgine in Judæa natus eſt. Stella magna felicitatis hujus fuit annunciatrix. Reges ejus claritate perſpecta munera oblaturi venerunt, ut Lex, & Prophetiæ viginti quatuor

Incarnatio filii DEi.


Eſt

II. VERSIO

Col. 5.

1. 2. 3. 4. 5.
Eſt prophetiarum antiqua Lex; gubernavit
6. 7. 8. 9.
familias, regna (*id eſt, omnes*) cum magna
10. 11.
doctrina, locutus
12. 13. 14. 15. 16.
trinæ unitatis puram, ſpiritualem ſine
17. 18. 19. 20. 21.
verborum ſtrepitu, novam Legem; perfecit
22
bonos
23. 24. 25. 26. 27. 28.
mores cum directa fide; ordinavit octo
29. 30. 31.
finium & beatitudinum loca *& gradus*; Locum
32. 33. 34. 35.
igneũ purgãdi *pulveris*, perficiẽdæ integritati,
36. 37. 38. 39.
aperuit trium virtutum Scholam;
40.
reſeravit
41. 42. 43. 44. 45. 46.
vitam, extinxit mortem; appenſus claro die,
47. 48. 49. 50.
ut deſtrueret *inferni* tenebroſi civitates, (*&*
51. 52.
regionem;) diaboli dolos
53. 54. 55. 56. 57.
cum hoc totaliter deſtruxit, directo

I. LECTIO



III. PARAPHRAS…

Prophetarum adimplerentur. Gubernavit autem Mundum Lege magna, condidit Legem Divinam, ſpiritualem ſine verborum ſtrepitu, fide vera conſummavit: octo diſpoſuit beatitudines: res mundanas mutavit in æternas: aperuit portam trium virtutum (*Theologicarum*) vitam dedit deſtruendo mortem. In perſona ſua ad inferos deſcendit, & omnia confudit dæmonia;

Pie

Digitized by Google

Col. 6.

II. VERSIO.

1. 2. 3. 4. 5.
Pietatis navigio, ut ſubirent illuſtriſſimas
6.
manſiones,

7. 8. 9. 10. 11.
animabus ſpiritualibus in illo *tempore* cum
12.
jam

13. 14. 15. 16. 17.
ſuccurriſſet; potentiæ negotia hic conſum
18.
maſſet; ſeipſo elevatus

19. 20. 21. 22.
medio die aſcendit in cœlum; Scripturarum
23.
remanſerunt bis

24. 25. 26. 27. 28.
decem ſeptem tomi; aperta *eſt* originalis
29.
converſio,

30. 31. 32. 33. 34.
ut poſſent homines rationales ingredi; Lex
35.
lavacri

36. 37. 38. 39. 40.
aquæ ſpiritûs abluendo ſuperficiem exornat,
41.
&


42. 43. 44. 45.
purificando, ſpiritum interius dealbat;
46. 47
ſignaculo

49. 50. 51. 52
Crucis diſperſi in quatuor partes Mundi, ad
53.
congregandos &

54. 55. 56. 57. 58.
pacificandos ſine labore pulſant ligna, timoris,
59.
pietatis,

60. 61.
gratitudiniſque voces perſonando.

I. LECTIO.



III. PARAPHRASIS.

nave pietatis ſuæ ad cœlum conduxit bonos, & juſtorum animas in ſalutem vindicavit Hiſce denique finitis ſua potentia circa meridiem in cœlum aſcendit, relinquens viginti ſeptem Doctrinæ tomos ad portam magnæ converſionis Mundi aperiendam. Baptiſmum ex aqua & ſpiritu inſtituit ad abluenda peccata, & Mundum ad puritatem reducendum. Cruce utitur, ut omnes abſque exceptione comprehendat, excitat omnes voce charitatis,


Digitized by Google

Col. 7.

II. VERSIO.

1. 2. 3. 4. 5.
Orientem ſacrificando, reſpiciunt vitæ glorio-
ſæ
6. 7. 8. 9. 10.
iter, nutriunt barbas, quia habent
11. 12. 13.
extra converſari cum aliis ; circumradunt
14. 15.
ſummitatem verticis capitis, quia
16. 17. 18. 19.
carent ad intra affectibus paſſionum ; non
20. 21.
fovent ſatellitia
22. 23. 24. 25.
ſervorum, æquales nobilibus ignobilibus cum
26.
hominibus ;
27. 28. 29. 30. 31.
non coacervant divitias, etiam pauperibus
32. 33. 34. 35. 36. 37.
erogant, cum nobis ; jejunant, ut ſubjiciant
38. 39. 40. 41. 42
intellectui *ſcientiam*, & perficiant ; vel ut
43.
quietent
44. 45. 46. 47.
timoris paſſiones propter fortitudinem; ſeptè
48. 49.
vicibus offerunt
50. 51. 52. 53.
laudis orationes magno adjutorio vivorum
54. 55.
& mortuorum, ſeptem
56. 57.
dierum primo

I. LECTIO.



III. PARAPHRASIS.

reverentiam exhibere jubens verſus Orientem, ut pergant in via vitæ glorioſæ.

IV. Miniſtri ejus ornamenti exterioris cauſa barbam alunt, & coronas in capite faciunt (*id eſt verticem radunt*) ut oſtendant ſe nullo intus affecto malo teneri. Mancipiis non utuntur: in alto & baſſo (*id eſt, in proſpero & adverſo*) ſeu humili omnibus ſe faciunt æquales: divitias non congregant, ſed eas omnibus faciunt communes: jejunia colunt cùm ad mortificandas paſſiones, tum ad præcepta Divina ſervanda: magni faciunt homines ſupra ſe elevatos & (*à rebus mundanis*) abſtractos: ſepties in die orationes tam pro vivis, quàm pro defunctis faciunt: ſeptenis diebus ſemel

Apoſtolorū Sacerdotum ſeu Miniſtrorum Chriſti vita.

Digitized by Google


Col. 3.

II. VERSIO.

1. 2. 3. 4.
Sacrificant, purificant corda, averſiones pec-
5. 6.
catorum abſolvendo; vera
7. 8. 9. 10. 11.
virtutum Lex excellit & difficillimè
12. 13. 14.
nominari *poteſt*; operibus actionibusque
15. 16. 17.
illuminat tenebras umbrasque, cogimur
18. 19. 20. 21. 22. 23.
vocare *illam* claram Legem; ſola Lex ſine
24. 25. 26. 27.
Imperatoribus non magnificatur, Imperatores
28.
ſine Lege
29. 30. 31. 32. 33.
non ingrandeſcunt; Legem Imperatores edi-
34.
ctis dilatando
35. 36. 37. 38.
Mundum exornent claritate; *TAI ÇUN-*
39. 40. 41.
VEN Imperatoris clariſſimi Sinarum Regni,
42. 43.
temporibus *ad* illuſtriſſimum
44. 45. 46.
ſapientiſſimum Imperatorem venit homo de
47.
TA-
48. 49. 50.
ÇYN (ideſt Iudaa) regno, habens ſupremam
51. 52.
virtutem, nuncupatus


I. LECTIO

1. 2. 3. 4. 5. 6.



ſyen. sȳ ſym̃ fah. sŏ. chiñ

7. — 8. 9. 10. 11.




cham̂ chī taó. miaó lŏ nañ

12. 13. 14. 15. 16. 17.




mim̂. cand yum̃ chaó ym̂. kiand

18. 19. 20. 21. 22. 23.



chim̃ kim̃ kiaó. guey taó. fi

24. 25. 26. 27. 28. 29.




xim̃ pú cum̃. xim̃ fi taó

30. 31. 32. 33. 34. 35.




pú tá. taó xim̃ fū kiĕ.

36. — 37. 38. 39. —




tiēn hiá uen̂ mim̂ tay ſún

— 40. — 41. 42. 43.




uen̂ heam̂ tý kuām hoâ ki

— 44. 45. 46. 47. 48.




yun̂ min̂ xim̃ lim̂ gin. tá

— 49. 50. 51. 52. 53.



cyn̂ kuĕ. yeù xam̃ tĕ yuĕ.

54.



ē.

III. PARAPHRASIS.

ad animam à peccatis purgandam, puritatemque ei reſtituendam ſacra faciunt. QuiaLex vera, & conſtans excellēs eſt, difficile eſt ei congruum nomen rēperire, cum ejus effectus ſit illuminare, & omnia claritate perfundere; undè neceſſarium fuit eam appellare *Kim Klab*, *hoc eſt*, *Legem claram & magnam*.

Legis Chriſtianæ excellentia.

V. Lex ubi perſonæ Regiæ deſunt, non extenditur, nec dilatatur: Perſonæ verò Regiæ abſque Lege nequaquam magnificantur. Lege itaque, & Regibus concordantibus, & in unam veluti rem coëuntibus illicò Mundus illuminatur. Igitur Rege dicto *TAI ÇUM VEN HVAMTI* tempeſtate illa celebri, ſingulari prudentia & ſanctitate (*Chinam*) adminiſtrante, venit ex Judæa ſummæ virtutis Vir vocatus

Col. 9.

II. VERSIO.

1. 2. 3. 4.
LO-PUEN, directus à cæruleis nubibus &

5. 6. 7. 8.
deferens veræ doctrinæ ſcripturas, contem-
9. 10.
plando ventorum regulam

11. 12. 13. 14. 15.
ad decurrenda laborum pericula; *CHEN*

QUON KIENSú

(eſt nomen Sinici anni cadentis in Chriſti annum
16. 17. 18.
636.) pervenit in aulam

19. 20. 21. 22. 23.
Imperator, præcepit Colao Vaſallo, *FAM*


CUM PUEN LIM (*eſt nomen Colai*)
24. 25.
mittere regios ſcipiones (*iſti ſunt rubri, &*

cum Imperator aliquid mandat, ſemper
26. 27.
deferuntur) *ad* Occidentis ſuburbana
28. 29. 30. 31.
hoſpiti obviam recipiendo, ingrediente intra
32. 33.
palatium fecit transferri doctrinæ
34. 35. 36. 37.
Legis libros, in palatio inquiſivit de Lege
38. 39.
diligentiſſimè, in penetralibus.
40. 41. 42. 43.
profundiſſimæ doctrinæ, rectæque veritatis, de
44. 45.
propoſito mandavit illam
46. 47. 48.
promulgari dilatarique; *CHEN QUON* (an-
49. 50.
ni ſic dicti) decimus erat

51. 52.
ſecundus annus, (*hoc eſt, Chriſti 639.*)


I. LECTIO.

1. 2. 3. 4.




lò puen˳ chen cym yun lìi

5. 6. 7. 8. 9. 10.




çay chin kim˳ vám fum liò

11. 12. 13. 14. 15. -- --




ý chì kien hien˳ chen quon

-- -- 16. 17. 18. --



kieú sù˳ chí yú chām ngān.

19. 20. 21. 22. 23. --




tý sù çay chin fam cum

-- -- 24. 25. 26. 27.




yuen lim˳ çum cham sў kiao˳

28. 29. 30. 31. 32. 33.




pin ym gě nuy˳ fan kim

34. 35. 36. 37. 38. 39.




xu tien˳ uen taó kín guey˳

40. 41. 42. 43. 44. 45.




xin chi chim chin˳ tě lim

46. 47. 48. -- 49. 50.



chuen xeú˳ chen quon xě yeu

51. 52.



lh nien.

III. PARAPHRASIS.

Lex in Chinā apportatur.

OLÒ PUEN, qui a nubibus deductus veram Doctrinam importavit: deductus etiam per ventos, & chartas hydrographicas multa pericula & labores ſuſtinuit, & tandem anno *CHIN QUON & IEù SIè* (*erat ille annus Chriſti ſexcenteſimus trigeſimus ſextus*) ad Curiam Regiam appulit. Rex verò famoſo *COLAO*, qui *FAM KIEù LIM* dicebatur, præcepit, ut accepto jumento obviam novo hoſpiti verſus Occidentalem partem procederet, hoc eſt, verſus Suburbium Civitatis, eumque omni benevolentia exceptum in Regiam introduceret. Juſſit Rex traduci Doctrinam in Palatio, ibidemque unà inveſtigavit veritatem Legis. intellexit Rex eſſe veram Legem, & seriò per totum Regnum cum efficacia & honore juſſit divulgari & dilatari, & in hoc anno 12. *CHIN QUON* 7. menſe

Per Chinā divulgatur.

Autum-

II. VERSIO.

Col. 10.

1. 2. 3. 4.
Autumni ſeptima *Luna* edictum *Regis* *poſi-*
5.
tum *inquit* Lex non *habet*

ordinarium nomen, ſancti non *habent* ſem-

per *eundem* locum,

decurrunt Mundum proponendo Legem, cre-

berrimè ſuccurrentes

multitudini populorum TACYN (*Iudea*)

Regni magnæ

virtutis, LOPUEN de longè portans

Legis ſcripturas imaginesque, venit illas

offerre in ſupremam Regiam, inquirendo

ſigillatim illius Legis intentum reconditum,

excellens

ſine ſuperficie; vidimus ſuæ originis radicalis

principium, à

mortalium creatione ſtatutam neceſſitatem,

verborum ſine

ſuperfluitate doctrinam, rationem habentem

oblivionis

ſuſtentaculum proficuam

I. LECTIO.

1. 2. 3. 4. 5.

cyeu cyĕ chuñ yuĕ taó uû

6. 7. 8. 9. 10. 11.

chaṁ mim xiń uû chaṁ tý

12. 13. 14. 15. 16. 17.

ſuŷ faṁ xĕ kiaó miĕ cý

18. 19. 20. -- 21. 22.

kiuñ ſem̄ tá cyń kuĕ tá

23. 24. -- -- 25. 26.

tĕ ȏ lŏ puen yuen cyam̄

27. 28. 29. 30. 31. 32.

kim̄ ſyam̄ laŷ kień xań kim̄

33. 34. 35. 36. 37. 38.

cyam̂ kʻi kiaó chī yuen̂ miaó

39. -- 40. 41. 42. 43.

uû gueŷ quon̂ kʻi yuen̂ çuń

44. 45. 46. 47. 48. 49.

sem̄ chim̂ lie yaó sû uû

50. 51. 52. 53. 54. 55.

fan̂ xuĕ li yeù nam̂ ſyuen̄

56.

57.

III. PARAPHRASIS.

Autumni (erat is annus Domini 636.) reſcripſit in hunc modum. (Promulgationis tenor eſt iſte, qui ſequitur) Lex vera non habet nomen determinatum, nec ſancti locum habent, ubi conſiſtant, determinatum: excurrunt ad omnes partes, ut Mundum doceant, ad Mundo laboranti ſuccurrendum, velis, remis ad utilitatem afferendam intenti. Ex hoc Regno *TANCIN* (*ſive Iudæa*) *OLO PUEN* magnæ virtutis homo de locis adeò diſſitis Doctrinam, & imagines Regiæ noſtræ Curiæ præſentaturus aſportavit. Cujus nos intentum docendi à fundamentis examinantes, invenimus doctrinam ejus admodum excellentem, & ſine ſtrepitu exteriori, fundatam principaliter in Creatione Mundi. Doctrina ejus non eſt multorum verborum, nec ſuperficietenus ſuam fundat veritatem, ſalutem hominibus afferens & profectum;

Imaginũ SS. cultus.

Re-

Col. II.

II. VERSIO.

1. 2. 3. 4.
Rebus, utiliſſimam hominibus, extendente
15. 16.
opera in Mun-

7. 8. 9. 10. 11.
do, ideò præcipio Magiſtratibus, ut in Regia,

12. 13. 14.
YNIM FAM ædificent *TACIN* (*Iudææ*)
Regni

15. 16. 17. 18. 19.
Eccleſiæ unum locum, ponant Sacerdotes

20. 21. 22. 23. 24.
bis decem & unum homines. *ÇUN CHEU*
(*eſt cujuſdam antiqui viri nomen*)

25. 26. 27. 28. 29.
virtute extincta, *in* nigro curru *ad* Occidentem
30.
receſſit,

31. 32. 33. 34.
verum *Regia familia TAM* doctrinæ claritas
35. 36.
clariſſimo ſpiritu

37. 38. 39. 40. 41.
Orientem perflavit, vulgata edicta ſunt à
42.
Magiſtratibus,

43. 44. 45. 46.
repoſuerunt Imperatorum pictas vera
47.
effigies,

48. 49. 50. 51.
in templi parietibus Imperatorum figuræ
52. 53.
exuperantes, quinque coloribus

54. 55. 56. 57.
cumulata luce illuſtrabant portas,

I. LECTIO.

1. 2. 3. 4. 5. 6.
uě li gîn ſueñ kiû tieñ

— 7. 8. 9. 10. 11.
hiá sò sú cyě yú kim̄

12. -- — 13. 14. --
y nym̄ fam̂ çaó tá çyń

— 15. 16. 17. 18. 19.
kuě xi yě sò tú cem̄

20. -- 21. 22. 23. 24.
lh xě yě gin̂ çuń cheú

25. 26. 27. 28. 29. 30.
tě vam̂ cym̄ kiń sȳ xim

31. 32. 33. 34. 35. 36.
kiú tam̄ taó kuam̄ kim̀ fum̄

37. 38. 39. 40. 41. 42.
tum̄ xeń ſueñ lim̀ yeù sū

43. 44. 45. 46. 47. --
cyam̀ tỳ ſyě chiñ chueń mó

48. 49. 50. 51. 52. 53.
xi piě tien sū fan̂ ſay

54. 55. 56. 57.
ym̀ lam̀ kim̀ muin.

III. PARAPHRASIS.

Undè congruum eſt, ut toto noſtro Imperio divulgetur. Mandarinis quoque, qui *NIm̄ FAm̄* dicuntur, in eo Curiæ loco præcepit, magnam ut Eccleſiam exſtruerent, eidemque viginti & unum Miniſtros deputarent. (*Autor KiM CiM laudat hic Regem*) ſcilicet ad vires Monarchiæ *CHEù OLAD lù* (*caput hoc eſt. ſectæ STAI lù, alii TAVSV*) debilitandas. In curru nigro verſus Occidentem diſceſſit (*hoc eſt extra Chinam.*) Verùm ubi magnꝰ *TAm̄* illuſtris factus eſt cum *TAO* ſanctum Evangelium Chinæ illatum eſt. Paùlò indè Rex effigiem illius (*OLò PVEN*) qui, ut diximꝰ, primus Evangelium attulit, depingi curavit, & muro appendi; excellens ejus figura reſplenduit portis Eccleſiæ,

Eccleſiam exſtrui curat.

Effigies OLO PVEN primò Sinenſium Apoſtoli.

San-












Col. 12.

II. VERSIO

1. 2. 3. 4. 5.
Sanctis exemplis advenit felicitas, æternum
6.
ſplendentis
7. 8. 9. 10.
Legis terminus, examinando Occidentis
11. 12.
terrarum deſcriptionum
13. 14. 15. 16. 17.
monumenta, & *HAN GVEY* familiarum
Regiarum Hiſtoriographos
18. 19. 20. 21. 22.
TACIN Regnum *ab* Auſtro unitur coralli
23. 24.
rubri maribus *(ideſt Rubro Mari)* à Septentrio-
25. 26.
nali polo omnium
27. 28. 29.
pretioſorum lapidum montibus; *ab* Occidente
30. 31.
immortalium hominum
32. 33. 34. 35.
loco floridiſſimarum arborum, *ab* Oriente
36. 37. 38.
unitur loco *CHAM*
39. 40.
FVM mortuæque aquæ; *ex* illius terra prodit
igne * lavanda tela balſamum odorife-
rum,
lucidæ Lunæ † gemmæ, noctu *Lucentes* lapi-
des *pretioſi*,
conſuetudinem non habent.

* Albeſtus in deſerto *Arabia*.
† Selenites lapis.

I. LECTIO

1. 2. 3. 4. 5. 6.

xím cyĕ tem̃ yam̃ yûm hoeý
7. 8. 9. 10. 11. 12.

fă kiaý ngań sý yŭ tŭ
13. 14. 15. 16. 17.

kŏ kiĕ hān gueý sú ſum
18. 19. 20. 21. 22.

tá cyń kuĕ nántum̃ xań
23. 24. 25. 26.

hŭ chĭ haý pĕ kiĕ chum̃
27. 28. 29. 30. 31.

paò chĭ xań sý uam̃ cyeń
32. 33. 34. 35. 36. 37.

kím hoā lim̃ tum̃ cyĕ cham̃
38. 39. 40. 41. 42. 43.

fum̃ niĕ xuý kĭ tŭ chŏ
44. 45. 46. 47.

hŏ non pŏ tań hoeń hiam̃
48. 49. 50. 51. 52. 53.

miń yuĕ chŭ yĕ kuam̃ piĕ
54. 55.

sŏ uŏ.

III. PARAPHRASIS.

& memoria ſemper fulgebit in Mundo.

VI. Juxta Geographos, qui partium Occidentalium mentionem faciunt, & juxta Hiſtoricos duorum Regnorum *HAN* & *GVEI*, Regnum *TANCIN (ideſt Iudæa)* ab Auſtro confine eſt Mari rubro, ab Aquilone relinquit Montes gemmarum, ab Occidente *BOCO DAS FVLLAS (quod quid ſit, difficile eſt conjicere, ego Carmelum ſuſpicor eſſe)* in proſpectu verſus Sanctos. Ab Oriente denique contermina eſt huic loco *CIAM FAM* & aquæ, quam mortuam dicunt. Hæc terra cineres eructat igne calentes *(forte intelligit Lacum Aſphaltitim)* producit balſamum, gemmas minutas & carbunculos *(quibus inſinuat Ægyptum cum reliqua ora Rubri maris, in qua prædicta reperiuntur)* Latronibus caret.

Deſcriptio ſitus Iudææ juxta Sinenſium Geographos.

Ratio


Digitized by Google

Col. 13

II. VERSIO

1. 2. 3. 4. 5.
Ratiocinandi populi, habent lætitiam pa-
6.
cificam,
7. 8. 9. 10.
legem præterquam charitatis nullam aliam
11. 12.
ſequuntur; Reges
13. 14. 15. 16. 17.
ſine virtutibus non conſtituunt; terræ
18.
mundus
19. 20. 21. 22. 23.
largus amplus, moribus florent illuſtriſſimis;
24. 25. 26. 26. 27. 28.
CAO ÇVN magnus Imperator ſcivit reverenter
29.
imitari
30. 31. 32. 33.
majores ſuos; expreſſit factis ſuum pa-
34.
rentem,
35. 36. 37. 38. 39. 40.
& in omnibus Regnis ubilibet ordinavit fieri
41. 42. 43.
claræ Doctrinæ Eccleſias; & ſicut anteà
44. 45.
venerabatur *OLO PVEN*,
46. 47. 48. 49. 50.
hic fecit illum cuſtodem Regni magnæ Legis
51. 52. 53. 54.
dominum; Lex dilatata per decem TAO,
55.
(*id eſt, per omnia Regna*)
56. 57. 58.
felicitatis radice cumulatiſſima;

I. LECPIO.



III. PARAPHRASIS.

& Aſſaſinis, populus in pace vivit & gaudio; in Regnum non admittunt niſi Evangelium; dignitates nulli, niſi virtute meritis conferuntur: ædificia ſunt grandia: (*verbo*) Regnum celebre eſt poëſi, alii ordine, & bonis moribus.

VII. *DOCAO*, alii *CAOZVM*, (*ÇVM*, filius *TAI ÇVM*, gubernacula Regni adiit anno Domini 651 (*continuando Author KIM (I.M hac dicit) CAO VM*, alii *CAOZVM*, magnus Imperator minimè virtutibus Avi ſui degener, novit cum honore continuare intentum Avi ſui, & dilatare & honorare res patris ſui, præcipiens in omnibus Provinciis fieri Eccleſias, unàque honorans *OLO PVEN* titulo Epiſcopi magnæ Legis, quæ gubernat Regnum Chinæ. Tum lex Dei promulgata eſt per decem Provincias (*quibus Sinenſe Regnum continebatur*) & Regnum ſumma pace fruebatur,

In decem Provinciis China Prædicatur Evangelium.

Eccle-

Digitized by Google


Col. 14.


II. VERSIO.


1. 2. 3. 4.
Eccleſiæ implebant centum civitates (*id eſt,*
5. 6.
omnes) familiæ Regiæ
7. 8. 9. 10. 11.
fulgebant felicitate; *XIM LIE* anno Bonzii
12. 13. 14. 15.
uſi viribus erexerunt ora (*id eſt, Legem vitu-*
16.
peraverunt) in
17.
TUM CHEU (*eſt Civitas in HONAN Provin-*
18.
cia) *SIEN TIEN* (*anno Chriſti 713.*)
19. 20.
finiente. Vulgares
21. 22. 23. 24.
viri valdè etiam illam irriſerunt, calumniatiq;
25. 26.
ſunt in
27.
SI KAO (*antiqua eſt Regis VEN VAM aula*
28. 29.
in XEN SI Provincia) erat *GIO* (*Ioannis eſt*
30. 31.
Sinico more vocabulum) Sacerdos. Caput
32. 33. 34. 35.
LO HAN magnæ virtutis *KIE LIE,*
36. 37. 38. 39. 40. 41.
& *KIM* terrarum nobiles diſcipuli, rebus
42. 43. 44. 45.
exterioribus ſuperior ille Sacerdos una cum
46. 47.
aliis, pietatis cœleſtis
48. 49. 50. 51. 52. 53.
retia & fila dirupta reſarcivit *IVEN ſUN-*


CHI-


I. LECTIO

1. 2. 3. 4. 5. 6.

xí mam pĕ chim kiā yn̂

7. 8. 9. -- 10. 11.

kim fō xim liĕ mien ſĕ


-- 12. 13. 14. 15. 16.

çú yum choam tem kĕ u yú


17. -- 18. -- 19. 20.

tum cheu ſyen tien mŏ hiá


21. 22. 23. 24. 25. 26.

sú tá ſiaó xan pam yú


27. -- 28. 29. 30. 31.


sȳ kaó yeù giĕ cem xeú

32. -- 33. 34. 35. --

lô hán tá tĕ kiĕ liĕ

36. 37. 38. 39. 40. 41.

pim kin fam kuey ſui uĕ

42. 43. 44. 45. 46. 47.

uay kaó cem cum chin yuen

48. 49. 50. 51. 52. 53.

nam kiú guey çyuĕ nieú yuen

-- --

çun chi.

III. PARAPHRASIS.

Eccleſiis replebantur omnes urbes, & domus felicitate Evangelii florebant.

VIII. In hoc anno dicto *XIM LIE* (*quitum annus Domini 699.*) Bontii Pagodum ſectatores ſuis uſi viribus extulerunt voces, (*id eſt blaſphemarunt noſtram ſanctam Legem*) in loco qui dicitur *TUM CIEU* (*erat is fortè in Provincia HONAN*) & in fine hujus alterius anni dicti *SIEN TIEN* (*qui reſpondet anno Domini 713.*) quidam privati homines in *SIENO*, quæ erat antiqua Regia *VEN VAM*, (*Commentator vult eſſe SIGANFU, in Provincia XENSI*) auſi ſunt noſtram ſanctam Legem ſannis, ludibrio & vituperio proſcindere.

IX. Hoc tempore erat quidam princeps Sacerdotum (*videtur fuiſſe Epiſcopus*) nomine Joannes, & alius magnæ virtutis Vir, nomine *KIE LIE.* Hi duo cum aliis nobilibus popularibus ſuis non famâ minus, quàm rerum mundanarum contemptu celebribus, cœperunt iterum rite Evangelium ſuum excellens explicare continuando, & fila (*malitiâ Cacodæmonis*) pridem rupta reficere.

Perſecutio movetur contra legem.


Col. 15.

II. VERSIO.

1. 2. 3. 4.
TAO Imperator mandavit NYM Regni
5. 6. 7. 8.
aliorumque quinque Reges perſonaliter
9. 10.
deſcendere *ad* felicitatis
11. 12. 13.
manſionem *(id eſt in Eccleſiam)* erigere altaria,
14. 15.
aulasque Legis,
16. 17. 18. 19.
trabes columnasque conciſas ſolidavit, &
20. 21.
magis radicavit;
22. 23. 24 25. 26. 27.
Legis petra tunc inclinata etiam iterum
28. 29.
rectificata fuit. *TIEN PAO (anno Chriſti 747.)*
30. 31. 32.
anno inchoato mandavit magnum
33. 34.
Generalem *KAO LIE SU (Eunuchus fuit)*
35.
deferre
36. 37. 38. 39. 40.
quinq; Imperatorum effigies veras, Eccleſias
41.
intra
42. 43. 44. 45. 46.
reponendas, dedit ſerici centum telas
47. 48. 49. 50.
offerendas feſti lætitiæ augendæ gratia,
51. 52.
Draconis barbæ

licet longæ ſint

I. LECTIO.



III. PARAPHRASIS.

Rex dictus HIUEN CUM CHI TAO (*cœpit hujus Imperium anno 719.*) quinque Regulis præcepit, ut in perſona adirent felicem domum (*hoc eſt Eccleſiam*) & erigerent altaria. Tum columna Legis, quæ ad breve tempus jacuit proſtrata, cœpit rurſum erigi, & incrementa ſumere. In hoc principio anni TIEN PAO (*quod erat anno Domini 743.*) præcepit Rex OTA CIAM KUEN (*nomen tituli*) dicto CUOLIè SIè (*erat is Eunuchus ſummâ apud Regem gratiâ valens & authoritate*) ut effigies veras quinque Regum prædeceſſorum Avorum ſuorum deportaret, & in Eccleſia collocaret, unaque centum pretioſarum rerum cimelia in Eccleſiam deferret ad ſolemnitatem hanc celebrandam (*dicit author KIM CIM in laudem ipſorum Regum*) Barbæ longæ Draconis etiamſi longè ſint, nihilominus arcus & enſes ejus manibus apprehendi poſſunt (*alludit ad hiſtoriam quandã antiquam ejusdē Regis*) qui fingebatur aſcendiſſe in aera Draconi inſidens, quem ſervi, qui ſe dicebant ituros cum Rege, variis armorum generibus inſtruxerant, qui verò remanſerant, barbam Draconis vellicantes,

Lex reviviſcit.

Fabula Sinenſium.

Arcus

Col. 16.

II. VERSIO

1. 2.
Arcus armaque ex illo pendentes poſſumus
3. 4.
attingere tamen manu (*hoc eſt, abſens quamvis ſit Imperator, tamen ſui memoriam in dictis rebus reliquit*) Solis cornua
5. 6.
7. 8. 9. 10. 11. 12.
dilatabantur clariſſimè, cœlorum color vicinos
13.
exæquabat omnia;
14. 15. 16. 17. 18.
Tertio anno TACYN Regni erat

19. 20 21. 22.
Sacerdos *KIE HO*, qui iter dirigens per ſtellas
23.
pervenit
24. 25. 26. 27.
In Sinas reſpiciens Solem, Imperatorem
28. 29.
reveritus eſt ex illius mandato

30. 31. 32. 33.
Sacerdos *LO HAN*, Sacerdos *PU LUM*

34. 35. 36. 37. 38. 39.
atque alii ſeptem viri cum magnæ

40. 41. 42. 43.
virtutis *KIE HO* in *NIM KIM*

44. 45. 46. 47. 48.
Palatio exercuerunt opera virtutum; in illo
49.
tempore
50. 51. 52. 53.
Regia edicta in templorum tabulis (*ſeu portis*)
54. 55.
in ipſo frontiſpicio deferebant
56. 57.
draconum Imperialium picturas.


I. LECTIO.

1. 2. 3. 4. 5. 6.




cum kien kě pan ge kiŏ

7. 8. 9. 10. 11. 12.




xŭ quam tien yen chi chŏ.

13. 14. 15. 16. 17. 18.




ſan ςai tá cyn kuĕ yeu

19. 20. 21. 22. 23.




cem kiĕ hŏ chén ſym hiam

24. 25. 26. 27. 28. 29.




heá uam gĕ chaó ςui chaó

30. 31. 32. 33.




cem lŏ han cem pú lun

34. 35. 36. 37. 38. 39.




tem yĕ cyĕ gin yú tá

40. 41. 42. 43.




tĕ kiĕ hŏ yú kim kim

44. 45. 46. 47. 48. 49.




cum ſyeu cum tĕ yú xi

50. 51. 52. 53. 54. 55.



tién tá xi pan ngĕ ly

56. 57.



tum xiŏ.

III. PARAPHRASIS.

arma quædam tulerunt, in memoriam Regis, in iis veluti præſentem eum intuentes. (*Alludit itaque Author hujus ſcripturæ ad hanc hiſtoriam, ut declaret effigies memoratorũ Regum, Regi præſentium & viventium loco fuiſſe; ideò ſubjungit, Claritudo, quam reddunt hæ imagines, oſtendit eos nobis præſentes adeſſe.*)

Poſſibilem eſſe *communium Notarum Inventionem* vel inde liquet, quod *Sinenſium* Notæ multis aliis populis ex æquô communes ſunt, qui tamen differentiſſimis utuntur linguis. *Japones* enim, *Coreani*, *Siones*, *Cambojenſes*, *Tunchinenſes*, *Cochinchinenſes*, multique alii easdem ſcripturæ Notas uſurpant, ac ſingulas ſuo legunt Idiomate Hæ *operoſæ* quidem ſunt, & neſcientibus uſu impoſſibiles. Sed ſi vel maximè non recipiendæ eſſent in uſum communis linguæ aut ſcripturæ (etſi pluribus jam tùm nationibus uſu venit) ad inſtar tamen ejus facilè Notæ inveniri poſſent, quibus *nihil non in quâcunque linguâ* ſignificari queat. Tantummodo Principum foret de iis convenire, ut ubique in Scholis traderentur eâdem ratione. Poſſetq; commodior adhuc via dari, quam quæ à *Kircheró* in *Polygraphiâ* traditur.

B. *de Ratione legendi Notas Sinicas.*

Sinicas Notas Sinicè legunt Sinæ. Japonicè Japones. Sic porrò alii. Exempli gratiâ. Nota hæc * Sinis *VVam* legitur, Japonibus, *Cuxu*, Tunchinenſibus *Ciüa*. Significat autem *Regẽ*. Sic quam nos *tres* legimus, Sinæ *San* dicunt, Japones *torm*, Fokienſes, *Hou*, Annamitæ *Ba*. Nobis ſufficit, ſi *Germanicè* legamus, aut, ut Europæi alii quoque in eô convenirent, *Latinè*.

Atqui *difficilima* eſt omnium judicio. Tàm *Sinarum*, & qui ejus alias ſatis gnari ſunt, quàm *ignarorum*, quos Notarum *copia* & *perplexitas* primâ vice abſterret.

Martinius certè, tametſi felix hujus literaturæ interpres, diſertè ſic ſcribit: *Ea eſt Sinenſium literarum difficultas, ut earum cognitio humanas vires & ætatem ſuperare videatur. Continet Characteres, aut veriùs hieroglyphica ſupra ſexagies mille, omnes figurâ & ſignificatione diverſos. Nec enim, ut noſtrates, ex aliquo certo Alphabeti ordine vel modo conſtant; ſed res qualibet figuram habet, quâ exprimatur, ab aliis diverſam, nullâ arte vel normâ compoſitam & velut caſu ſubjectæ rei attributam.*

Sic ille in *præfat.* Hiſtor. Sin. Ad ipſum illius libri finem *Moleſtiſſimos* vocat Sinenſiũ characteres, in quibus tamen diſcendis *decem* annos ferè unicè

Digitized by Google

unicè conſumpſerat. Nam ita ſcribit in præfatione jam dictâ. Vid. *Intorcetta* p.366. *Rhod.* cap.28. *Spizel.* p.51. Aut, quis eſt, qui hanc difficultatem non exaggeret? An quia muccum patinæ injiciunt, ut ſoli jure potiantur? Certè non nemo ejusdem Societatis Pater, cum *Sereniſſ. & Potentiſſimo Electori Brandenburgico*, Domino meo clementiſſimo, Orientales literas, etiam quod *Barbarorum converſioni* ſervirent, ſubmiſsâ animi devotiore commendarem, ita per epiſtolâ regerebat: Quod autem ſua dominatio cuperet illarum partium literas in typum redigendas, tanquam converſioni Barbaronem ſerwituras, res, meo judicio, magni laboris & ſumptus foret, & minoris ſpei, ob infinitam in illis regnis, imo provinciis, territoriis, urbibus, oppidis & pagis Linguarum differentiam. Juxta diverſorum diviſionem ſtatuum, nam atteſtantibus P.P. (*Grubero & com.*)

Alia ibidem ἀνδρόγλωσσα
Alia θηλυκόγλωσσα
Alia θεραποντόγλωσσα
Alia δεσποτόγλωσσα
Alia ἐμπορόγλωσσα
Alia στρατικόγλωσσα
Alia γεωργόγλωσσα
Alia πολιτόγλωσσα
Alia πτωχόγλωσσα
Alia πλουτόγλωσσα
Alia μεγιστανόγλωσσα
Alia ἀνακτόγλωσσα

Chinenſes numerant *70.* millia literarum.

Hæc ille. Qui cumprimis *difficultatem ſcripturæ* Sinicæ cauſari videtur. Mihi verò tanta non eſt.

Hanc enim *legendi rationem* per DEI gratiam novi. Sed nolim eam *intempeſtivè*, nec *ultrò* tradere.

a. Eſt *amicus*, qui idem ſe propè „inveniſſe putat. Hic autem ſcri„bit: *Mentionem injiciebas de rati„one reſolvendi Sinenſium Chara„cteriſmos.* Ingenuè Tibi fateor me „intimâ ratione reſolvendi hactenus „ignoraſſe, niſi quod viſa *Kircheri* „*China illuſtrata* ex Part. 6. c. 4. de „*non paucis nec* infeliciter conje„cturam fecerim, de quibus, ubi „*juſſeris, dicam. Apparatum* non „contemnendum characteriſmo„rum à quodam Joh.S. *Moro* Amb„ſtelodami *ante* hos *tredecim an„nos* nactus eram, quos, ut tum me„moria utcunque pollebam, in „promtu & numerato habebam, ut „& à *Schedularum* ſeu Chartarum „quarundam *interpretatione* quali„cunque non abſtinerem. *Augmen„tum non exiguum* acceſſit dein„ceps è monumento Sinico Chinæ „illuſtratæ. P. 1. c. 3. exhibito, quod „*utcunque aſſecutus in forulos meos* „retuli, non aliâ cauſa motus, niſi „*ſola curioſitate* & affectu in literas „Orientales. Kircherum invenio in „calce operis ſui de arte magna lu„cis & umbræ polliceri librum hu„jus Tituli: *Turris Babel, ſive de* „*confuſione, qua linguarum omni-*

„ *um totius univerſi origines, ety-* „ *mologia, idiotiſmi, una cum cha-* „ *racteribus unicuiq; propriis perfe-* „ *cta Anatomia exhibentur.* Num „ prodierit dubito, & magis, an in „ *ἀναλύσει literatura Sinenſis* ali- „ quid præſtiterit. Si *abs te inven-* „ *ta* mecum *communicaveris*, gra- „ tulabor mihi ſupra modum. Amo „ has literas, quamvis &c. Hæc ille. „ Sed poſtquam inſtantius hâc de re „ cum ipſô egi, nihil reſponſi mihi „ datum eſt.

b. *Kircherus* certè *Analytica* ſtu-dioſiſſimus pridem fuit. Meminit-que ejus *Prodromi* pag. 168. ſpecimi-na quoque duo vel tria affert ad *China illuſtrata* finem, quem amicus memorat. Quâ ratione ſi Sinica le-gi queant, videbitur.

c. Intereà idem & alii *tentâſſe* vi-dentur. *Georgius* enim *Hieronymus* Velschius, Medicus Auguſtanus, cum in epiſtolâ ad *Philipp. Jacob.* Saschsium à Levvenheimb *Scatulæ Japonicæ* & inſcriptionis Sinicæ ſeu Japonicæ meminiſſet, mox ſubditi: *Ut plenius ſibi fides conſtet, inſcripti-onem ſubjunximus, quàm alii hujus linguæ peritiores interpretentur, quia nos, etſi jam dudum illius co-gnitionem, ad rerum Orientalium o-mnium, ſed maximè Medicarum a-pud Perſas & Arabes perfectiorem intellectum, utiliſſimam imo neceſſa-riã, impotentius anhelemus, parùm tamen huc usq; profecimus*: Sic ille. Vid. *Ephem. Germ. Medico Phyſ. Ann. I. obſerv. 153.* Ergò Sinicæ Lectionis principia quædam feciſſe videtur.

d. ſcribitur *Nunnus da Canna* jam olim librum confeciſſe *della ſcriptura delli Chini*. Qui qualis fuerit, non memini.

Ego verò, ſi mihi tàm certa eſſet *Stipendii, officii* & *Eccleſiaſticæ pacis* ratio, quàm certa quidem *Sini-carum Notarum* lectio eſt, intrà *annum*, Deo dante, *ne mensẽ* dicam, aut *minus* aliquod tempus, præſtari poſſe confido, ut mulierculæ etiam *Sinicos* & *Japonicos* legãt libros, &, ſi *Hermeneuticæ regulas* noſſẽt, inter-pretari queant. Sed erit fortè, ubi fru-ſtrà deſideretur, & *Talmudicum* il-lud dici queat: הרבה מעות יש לי ואין לי שולחני להרצותן:

C. *de Naturâ Linguæ Sinicæ.*

1. Hîc verò imprimis *Linguam* & *Scripturam* diſtinguere oportet. *Lingua* uni huic genti vernacula eſt; *Scriptura* pluribus, ubi dixi.

2. Sic per totam Chinam una (de quâ nunc ago) *Lingua* eſt, una *Scri-ptura*. Etiam ex Marci Poli ob-ſervatione apud *Ramuſ.* ut & *Purchas-ſium* lib. II. cap. ult.

3. Eſt, qui *introductionem in duodecim linguas*, ipſamque adeò Sinicam promittat. Ac rectè faceret, ſi eam non invideret nobis.

3. In-

Digitized by Google

3. Intereà nonnihil ſuggeremus aliis.

a. Lingua sinica *nulla* indiget GRAMMATICÂ. ſufficit *Lexicon.*

1. Nulla enim hic *declinatio:* nulla Conjugatio.
2. Eadem *vox* mox *Nominis*, mox *Verbi*, mox *Syncategorematis* vicem ſuſtinet.

b. LEXICON Sinæ unum habent. Ut unam *temporum Hiſtoriam*. Unum etiam ſufficiebat.

Hoc *Haipien* vocant. Alii *Halpien* ſcribunt. Sed falsò. *Hal*, nulla vox ſinis. *Hai* verò, *mare* notat; *Pien plenitudinem*. *Haipien* verò aliàs *Oceanus* dicitur. ſic Lexicon dici meretur, quod *vocum* aut *Notarum numero* alia quævis ſuperat. Eâdem ratione *Firuzabadii* Lexicon Arabicum القاموس *Camus* dicitur, hoc eſt, بحر المحيط *Mare ambiens*. Utroque enim vocabulo *Oceanus* Arabicè deſignatur.

Ceterum Sinarum Lexicon 60000. circiter *Notas* complectitur.

* Prima hæc eſt quam *Gvant* legunt, *Cœlum* intelligentes. Ita quidem *Mendoza* 11. 2. 111. 13. Hunc ſequuntur alii. Vid. *Scalant. Ortelius, Henning. Dreſſer. Arnoldi*, & amicus noſter, *Hoffmannus*. Alii verò voci compoſitos *Xangti* primas tribuunt, quâ *Deum* vocent Sinæ. Vid. *VVebbium* in de *Primævitate Linguæ Sinicæ* & *Comm. Theolog.* de DEO. Gerardus *Mercator* hæſitanter tradit, primùm *Cœlum*, dein *Deum* primâ literâ denotari. (*Atl. Maj.* p.m.345.)

Certè, *quivis character primus* eſſe poteſt & *ultimus*. Vid. *Kirch. Chin.* p.236. Perinde, ut *Alphabetorum* alia ratio eſt ap. alios populos.

Sed quia *Lexicon Sinicum unum* eſt, unum certè illius initium eſt.

Aliter res ſeſe habet, ubi exteræ Gentes *Dictionaria Sinica* pararunt. Ibi enim ſuæ Linguæ ſequuntur *Alphabetum* tàm in iis, ubi *Sinicas* voces ſua lingua, quàm, ubi *ſua Lingua voces* Sinicis characteribus exponunt. Prioris generis ſunt Jeſuitarum Dictionaria, *Riccii*, *Trigautii* &c. Poſterioris *Gloſſaria Mogolico Sinica, Turcico-Sinica, Perſico-Sinica* & ſimilia.

c. Ad ipſam venio *Linguam Sinis propriam*.

Lingua Sinenſium aliàs *haud una* eſt. Alia enim *Provincialis* eſt: alia *Mandarinorum*, alia *Monticolarum*.

De *Monticolarum* Linguis non conſtat niſi quod aliæ ſint.

Provinciales Linguæ eæ ſunt, quarum in *quindecim* Sinarum *Provinciis* differens uſus eſt.

Sic *Aqua* Junnanenſibus vulgò *Y* dicitur; literatis *XUY*. ſic *Ovis* Fokienſibus *yoo* dicitur; literatis *yam*. *Sic Anſer* Huquangenſibus *yen*, literatis *ya*.

Mandarinorum Lingua, Literatorum eſt & Politicorum atque aulicorum. Ea eſt de quâ agimus. Sed illæ voces, quarum *Pintus* & alii quidam meminerunt, pleræque Provincialium Linguarum ſunt, eæque ſatis corruptæ.

Mandarinorum verò *Lingua* cùm *Scythicâ convenit*, SALMASIO autore (vid. Hellen: 393.) Cumque *Usbekicâ*, TEXEIRA teſte. Vid. *Horn. Orig. Amer* p. 255. ed neutrum largius intelligi poteſt, quàm de iis vocibus, quas vel Sinæ à *Tartaris* & *Uſbekiis*, vel hi ab illis receperunt. *Sinica* enim *Lingua cum nulla propriè convenit*, uti aliæ cum aliis quibusdam omnes conveniunt. Sed in eò convenit, quòd *peregrinas* voces recipit. Non *Scythicas* tantùm & *Uſvekicas*, ſed & *Iaponicas*, *Cambajanas*. Imò *Americanas*. Quod in proclivi docere eſt.

Porrò *Breviloquio gaudet* hæc lingua. (SALM. Hell. 393.) Suntque *Voces ferè omnes Monoſyllabæ*. (*ibid.*) Imò omnes omninò.

Nos etiam *multas* habemus *Literas*, quarum *uſus* ap. eos *nullus* eſt. Tales ſunt D. & R. vid. l. de *Chatajâ* p. 72. & Comm. Theol. de voce RIGO.

Nulla item vox à *quinque vocalium unâ* incipit. Nulla in Conſonam deſinit; præter eas quas M & N. finit.

Superat autem alias Linguas, cùm *vocum paucitate*, tùm *characterum multitudine*.

Neque tamen *paupertina* eſt, nec *nimium dives verborum*.

Neſcit quidem *Dei* vocabulum. Sed quia Deum verum neſcit. Ceteras loquendi neceſſitates non item.

a. *Characterum* ſatis. *Mercator quinquies mille* numerat. Sed hic error eſt. Vel *vid. diſquiſ. de Chataj.* p. 73. b.

b. *Una* eademque res duabus nonnunquam tam *notis* quam *vocibus* deſignatur. Verbi causâ, Univerſitas rerum *Kum* & *Chum* dicitur: Sol *gĕ* & *kivĕ*; Et (conjunctio copulativa) *Lb* & *Tem*

c. Sæpè ſingulis diſtinguuntur vocibus, quæ nos non adeò diſtinguimus. Exempla ſunt *kio*, *chua*, *thi*. Sic & *Nien*, *Tzo*, *chua*, *Toje*. Vid. SAMEDUS.

d. Sunt *voces*, quæ *iisdem Accentibus*, ſed *Notis diverſis* indicantur, e.g. *Fŏ*, *xĕ*, *cyam̂*, *chĕ*, &c.

Scripturæ genus omnem quidem æqui-

Digitized by Google

æquivocationem tollit. Sed Lingua admodum *æquivoca* eſt. Siquidem *Syllabarum* parum eſt, & una ſyllaba ſub eodem accentu plura perſæpè ſignificat.

D. *De Pronunciatione Literarum Latinarum*, quibus *voces Sinicæ* exprimuntur.

Multi ſunt ex Europæis Scriptores, qui Sinicarum vocum quidquam ſubinde allegant, easque Latinis literis deſcribunt. Quorum qui aliquam plures legerit, facilè advertet, eos unam eademque vocem variè exprimere.

Multoties quidem *corrupta* ſunt voces. Sæpiſſimè non. Quæ tamen aliis literis deſignantur ab aliis. Neque tamen aliter legendæ.

Exempla ſunto. a. *Pequin, Pekin, Peking, Pekim, Pequim, Peguim.* b. *Cina, China, Tzina.* c. *Xin, Szin, Scin.* d. *Cha, Cia.* e. *yuen̂, guen̂.*

Quare proderit ſcire, pleroſque Europæorũ, Societatis Jeſu cumprimis Patres, *Luſitanicam* literarum *pronunciationem* ſequi. Ergo majoris commodi ergò Collationem aliquam inſtituam.

COLLATIO Pronunciationis

Luſitan.	Ital.	Germ.
ao		au.
c'		ch
ç	*z ferè.*	ſſ
ch.	c. *ante e & i.*	tſch, tz.
h.		ch.
J *conſon.*	Gj & Ge	
k	che & chi	k
m. finale.		ng.
om.		an *ferè.*
gu. *ante e & i.*		k
v		w
x	ſc.	ſch.
y *conſona.*		J

Vid. *Martin.* Atlant. p. 13. b. *Golii* additam: de Catayo p. 3. b.
Lh' & Lh^ legenda ſunt *Ilh.*

III. Com-

Digitized by Google

III. *Commentarius* PHILOLOGICUS.

UT quæque Lingua ſuum habet genium, ſuos *Idiotiſmos:* Ita *Sinica* quoque. Imo habet *Elegantias* tanto magis *ſingulares*, quanto *ignotior* reliquo orbi gens ipſa vixit. Singulare eſt *ſcribendi* genus. Neque enim *literis* utitur, ſed *notis*. Singulare *loquendi*. Neque enim *loquuntur*, ſed *cantillant*. Singulare *vocum*. Neque enim ulla *diſſyllaba* eſt, omnes *monoſyllabæ*. Singularis *Eloquentia*. Præſtantiſſima enim eſt, quæ *Sine eloquio* eſt. Hanc in *Iſocrate* populares commendabant, *in Sinis* omnes. Vid. *Trigaut*. c. 5.

Aſt ne propter *obſervationum copiam* intempeſtivè divarger, eos tantùm SINISMOS memorabo, quibus auctores monumenti utuntur. Ex his alii vocum *uſum* ſpectant, *alii conſtructiones*, alii *Proverbia* ſunt.

a. *Idiotiſmi Syntactici.*

1. *Præpoſitiones*, quas vocamus, nominibus verbisque ſuis *poſtponuntur*. E. g. *Lim ngen chi*, ex Lim ngen. col. XXII. 39. Crucem per. I. 44. Excipitur tamen *y* & *yu*. I. 27.

Ad eundem modum *Turcas, Iapones, Georgianos, Hungaros*, & *Finnones* Præpoſitiones poſtponere, aliàs dixi. Vid. not. ad Azizum numero 50. Addo jam *Braſilianos* & *Malabaras*. Illi e. g. *Tape* dicunt, *in vico*; hi *Calurmina, ſuper petra*. *Pè* v. & *mina* Præpoſitiones noſtras ſignificant. Cetera nomina ſunt. vid. *Horn.* Orig. Amer. III. 8. f. *Kirch.* Chin. III. 53.

II. *Pronomen relativum* ſimiliter poſtponitur verbo ſuo.

Pim che, ægrotabant qui. XXIII. 41. hoc eſt, qui ægrotabant.

Sic — *omnes ſancti adorant quem.* I. 26. hoc eſt, quem adorant omnes ſancti.

III. *Numeri*, quos *compoſitos*, ut & quos *articulos* vocant, ſingulari ratione *in partes* diſtribuuntur.

e. g. *Sex decem*, id eſt, ſexaginta. III. 15.

duodecem quatuor, id eſt, viginti quatuor. IV. 54.

duodecem ſeptem, i. e. viginti ſeptem. VI. 22.

Hoc genus loquendi etiam *Gallis* ac *Æthiopibus* ſolenne eſt. Imo & *Hebræis*. Cum enim Ezechiel dicere vellet, Minam *ſexaginta* ſiclorum eſſe, *viginti* primum; dein 25. tandem 15. ſiclos deputabat, cap. XLV. 12 vid. *Luth.* marg. ad h. l.

Æthiopes *quinquagies Centum* dicunt, cum *quinq; millia* dicere volunt. v. D. Edm. *Caſtelli*, viri optimi, mihique amiciſſimi, Annot. Æthi-

Æthiop ad Joh. IV. 1. & *ejuſdem* Lexicon Polyglottum ad Rad. חמש.

IV. Conſtructio nominum ferè indifferens eſt.

Sic *Xuntien* & *Tien xun* eodem ſenſu dicitur. *Xuntien*, urbs *Peking* dicta: *Tienxun* Licungzus prædator dici voluit. MARTIN. Bell. Tart. p. m. 8. b.

V. *Prænomina* Nominibus *poſtponuntur*. Sic *Tam Jo Vā* Joannes Adamus. Nam ita *Ioh. Adamus Schallius* inter Sinas dicebatur. Idem ap. eosdem uſu venit, quos ſuprà laudavi populos.

b. *Rhetorici*.

I. Numeri *diſtributivi* præmiſſo *unitatis* vocabulo exprimuntur.

e. g. *Unus Septem* XVI. 35. id eſt, *ſepteni*, ein oder ſieben. Vel *alij ſeptem*, uti *Boimus* habet.

2. Vox *yeù* & *ESSENDI* & *Habendi* ſignificationem obtinet. Perinde ut *Hebraica* הוה &c.

3. *Superlativi* Poſitivorum Geminatione deſignantur.

e. g. *beū beū*. I. 15. poſtremorum poſtremum. *ſyen ſyen* I. 17. primorum primum. *kò kò* XVII. 32. omninò convenit. Veluti Hebræi dicunt: מות תמות *morte morieris*, id eſt, omninò vel certè morieris.

4. Ponitur etiam

Locus pro *dignitate*. XVIII. 45. *Cœlicum* pro *regio*. XVI. 50. XXVI. 14. *Porta* pro *aula*. XI. 57. Ac inde *Servus portæ* pro *miniſtro aulico*. *Perſæ* אחשדרפן *Achasdarpan* dicunt, hoc eſt, *Aulicus*, vel verbotenus *Portæ Majeſtatis* cuſtos.

✱ Ponitur & *Anima* pro *Filio* in textu *Syro*. Ac ita quidem *Kircherus* legit. Ita vocem ܢܦܫܐ *Naphſche* exponit. Et *Naphſcho animam* quidem ſignificat, & multa alia. Quodvis putà *animatum* & *animatorum* tàm *ſubſtantias* quàm *accidentia*. *Brutum* videlicet & *hominem*; *ſanguinem*, *corpus*, *cadaver*; *animum*, *perſonam*, &c. Sed *filium* hâc voce ſignificari in aliquâ Linguâ non memini.

Novi, *liberos* aliquando *ſanguinem parentum* dici, & parentes liberorum. Apud *Euripidem* in Phœniſſis Τὸ κοινὸν αἷμα Thebanis & Phœnicibus dicitur. Et *Itala* matres *mio ſangue* dicunt, cum infantibus blandiuntur. Sed *Hiſtoricos* ita loqui, vix credo. Quare de *lectione* dubito. Maximè quia *Dolath*, *Genitivi* nota, vocem *Napſcho* ſequi debuiſſet, ſi ſic legendum eſſet.

5. Vocantur etiam Sinicâ phraſi Conſiliarii *ungues Dentesq́; reip.* XXII. 23. & *aures oculiq́; exercitus*. XXII. 27.

Similia *bonorum miniſtrorum* encomia vid. ap. *Apulejum* de Mundo, *Palæphatum* de Phorcynis filiabus, *Junium* Lex Græc. conf. *Prov.* XX. 12.

Digitized by Google

6. *Multitudo indefinita* definitè numero deſignatur.

e.g. *decem regna*. XIII. 54. id eſt, multa. *centum civitates*. XIV. 3. id eſt, plurimæ.

vid. libr. de *Chataj*. p. 32. a.

7. An *unus* aliquando *pluraliter* de ſe loquatur? non memini.

Hoc in *aliis* ſœpe numero ſit *Linguis*. Exempla ex *Idiotiſmorum opere* tantummodò pauca addam:

Hebraica. Gen. XXXVIII. 23. Job. VIII. 9.

Græca. I. Cor. XV. 31. Pythag. aur. verſ. 47.

Romana. vid. *Vall*. Elegant. III. u. *Robbig*. Robigal. III. 9. 10.

Arab. vid. *Aben*. *Eſr*. ad *Gen*. I. 1. conf. not. ad Azizum. n. 16.

An *Sinæ* quoque ſic loquantur, dubium eſſe poſſit. In *Paraphraſi Luſitanicâ* quidem Imperator Sinicus ad monumenti finem dicere videtur: *No noſſo Potentado*, quod eſt, *durante regimine noſtro*. Sed in *textu* tale quid non habemus. Ibi enim neque *Tam* loquitur, neque *pluralis* aliquis habetur. Attamen etiam Sinis tale loquendi genus obvium eſſe, *Alvarus Samedus*, niſi fallor, indicat.

c. *Proverbiales*.

Proverbiorum Sinicorum nonnullam copiam *Martinius* in *Annalibus Sinicis* ut & *Atlante* prodidit.

Non poſſum, quin aliqua inde excerpam, aliqua inſuper addam, antequam ad domeſtica veniam exempla. Ergò

Adulter pro *perduelle* ponitur.

Bis novem non excedunt octodecim. Dicitur de rebus non diu duraturis.

Cœlum ſine nive, arbores ſemper virides, incolæ ſanguinem ſpuentes, de *Quantungo*.

De tribus auribus diſputare. De abſurdis.

Femina gallum agit. de imperiosâ uxore.

In Peking nihil naſcitur, nihil deeſt.

Nautæ ferrei, naves papyraceæ.

Præciſis labiis dentes obrigeſcunt. de *cauſis periculi declinandis*.

Præſtat reti piſces capere quam natantes laudare, id eſt: *Occaſio* non negligenda.

Quando Croceus (fluvius) *clareſcet*, de re *nunquam futurâ*.

Quatuor præfecti mille ſtadia illuminant. de bonis principum miniſtris. Vid. Monum. Col. XXVII. 52.

Quindecim urbes valet. de re pretiosâ.

Quod ſupra cœlum eſt, hoc in terris SUCHUEN & HANGCHEU *eſt*.

Sinas duobus oculis *cernere*, *Europæos uno*, *Tartaros nullo*. Vid. Diſqv. de *Chatajâ*, p. 111. b.

Venbeo, ut ſapientes audiat, mapa-

Digitized by Google

pale pro palatio eſt. de amatore doctorum.

Volucre & conchâ certantibus piſcator lucrum facit, i. e. duobus *litigantibus, tertius gaudet.*

Utroque oculo aliquem reſpicere, id eſt, caru habere.

Ejuſmodi *Proverbiales* atque aliàs non uſitatas locutiones deprehendere licet etiam in *Monumento Sinico.* Tales ſunt:

I. *Cæruleis nubibus dirigi.* Col. X. 2.

Hoc de primo Sinarum *Apoſtolô* dicitur. *Nubibus deductum* volunt *Luſitani.* Vid. *Hotting.* Topogr. p. 82. f. ſed Sinæ *divinam Providentiam* aliàs ita deſignant.

2. *Draconis barba.* Col. XV. 51.

Draco, Sinicorum Imperatorum inſigne eſt, ut olim *Pharaonum.* Vid. Col. XVI, 55. Unde ? vid. *Paraphr. Luſit.* & confer. not. ad *Mardeni Epiſt. Syr.* p. 25.

3. *Iter per Stellas dirigere.* Col. XVI. 21.

Significat, quod ipſe *Kircherus* obſervat, *maritimum iter.* Ut enim *Septentrionales* populi *polarum olim ſtellam* noctibus ſequebantur navigantes, ita *Auſtrales Canopum.* Donec Magneticæ uſus à *Flavio Coſia, Amalphitano*, cive Neapolitano, inveniretur, circà annum Domini cIↄccc. Hanc artem tamen ante Luſitanorum Indicas navigationes etiam *Arabibus* notam fuiſſe, *Oſorius* tradit. Vide *Comm. ad Marc. P. Venetum.* De *volucrum uſu nautico* vid. Plin. VI. 22.

4. *Præſens ſcribere* dicitur, qui *propriâ* aliquid *manu ſcribit.* Col. XXIX. 64.

5. *Luna & Sol conjuncti* eſſe dicuntur de eô, qui feliciter agit. Col. XXVII. 35.

IV. *Commentarius CHRONOLOGICUS.*

Ubi

Tempora, quæ autor deſignat, ad Epochæ *noſtræ* Dionyſianæ modum determinantur.

NAmque & *Tempora* deſignantur, quibus vel *Monumentum* hoc elaboratum fuerit, vel *fides Chriſtiana* Sinis ſubinde prædicata ab exteris.

I. *Monumenti* tempus *tripliciter* indicatur.

a. Erectus enim dicitur Lapis

ܒܝܘܡܝ ܐܒܐ ܕܐܒܗܬܐ ܡܪ
ܚܢܢܝܫܘܥ ܩܬܘܠܝܩܐ
ܦܛܪܝܪܟܝܣ.

In diebus Patris patrum D. Ananjeſua Catholici Patriarchæ. Ita ad *finem columnæ ultimæ* legitur.

b. Ad *baſin* verò *monumenti*, idem factum fuiſſe perhibetur.

ܒܫܢܬ ܐܠܦ ܘܬܫܥܝܢ
ܘܬܪܬܝܢ ܕܝܘ̈ܢܝܐ

Anno milleſimo nonageſimo ſecundo Græcorum.

c. Sed & *Sinicè* id ipſum traditur. Lapidem Sc. *Scriptum erectumq́;, fuiſſe regnante TAM, anno ſecundo KIEN' CHUM, idq́; principio Autumni & die Dominicâ.* XXVIII.

34. A. *Catholici Patriarchæ* titulum nemo non Epiſcoporum Oecumenicorum ſibi ab olim ſumpſit.

Ideoque *Kircherus* ambigit, cujus ſedis Patriarcha h. l. intelligendus ſit. *Subintellige*, ait, *Alexandrinum, Antiochenum aut Babylonium.* p. 43. a. pr. Prodr. p. 77.

Sed malim *Alexandrinum.* Maximè, ſi *Ananjeſua* nomen in Elencho Patriarcharum Alexandrinorum reperiretur.

Ceterum nondum legi circà illud tempus aliquem ejus nominis Eccleſias *Alexandrinas* rexiſſe. Quin ab anno Domini Iↄcc XVIII. ad Iↄccc XVIII. uſque hi tantummodò recenſentur: *Theodoretus, Chaël, Mena, Johannes, Marcus,*

Ideoque *Kircherus* de *integritate textus* dubitat, atque *Joannem Joſue* ſubſtituit, p. 43. a. Sed quis ille? Non dixerim. Fortè *Joannes* eſt, quem mox nominavi, quique Eccleſiæ regimen ſuſcepit anno Hegiræ CLXIX. autore *Elmak. Hiſt. Saracen. II, 5. §. I. & penult.* Hoc eſt anno Domini Iↄcc LXXXV.

Aliàs tamen nomine *Hanan Jeſua* non pauci Syrorum dicti ſunt. Ex iis etiam nonnemo *Catholicus* cognominabatur. *V. Ecchellenſ. Catalog. libr. Chald. num. XCIII.* conf. num. LXXXIV. XCI. CLXXXVIII.

B. Venio ad *Græcorum Epocham.* Ea eſt, quæ & *Seleucidarum* dicitur, & *Syro-Græcorum*, & *Syro-Macedonum*, & *Alexandréa*; De quâ vid. *Scaliger.* Emend. Temp. & ipſe *Kircherus* Chin. Illuſtr. p. 44. a.

Antecedit hæc *æram Chriſti vulgatam* annis CCCXII.

Adeoque annus *æræ Alexandr.* cIↄ *XCII.* reſpondet anno æræ Chriſti vulgatæ Iↄcc LXXX. Quare *Luſitanæ Paraphraſios autor* procul dubio *erravit*, quòd annum Chriſti Iↄcc LXXXII. ponit. Sic enim ille columnæ penultimæ verba quædam reddit: *No noſſo Potentado de grand Tam, ſegundo anno deſte kien cium, que eram do ſenhor 782.* Sic etiam *Italica* verſio habet, & *Latina* Kircheri. *Kircherus* verò dupliciter hîc *aberrat.* Primum verba illa *que eram do Senhor 782.*

t extûs eſſe putabat, cùm Paraphraſtæ additamentum ſit. Dein *Syriacam Sinicamq́; temporis determinationem*, ac ſi mutuò ſibi contradicerent, conciliare ſatagit, ita, ut diſtantiam Alexandreæ & Chriſtianæ æræ intrà CCCX. tantummodò annos contrahat. Hoc prolixè demonſtrare laborat, & certè nihil agit. Nec opus fuiſſet labore illô, ſi pernoviſſet, *Luſitanos* de ſuo addidiſſe ſynchroniſmum annorum 782. atque eô ipsô erràſſe, uti è *Synchroniſmo* pateat *Sinicô*.

C. Reſtat *Computus Sinicus.*

Tempus ergò erecti monumenti KIEN CHUN Sinicè dicitur. Quod tempus qui *intelligere* ac determinare ſive noſtræ Epochæ aptare velit, omninò obſervet neceſſe eſt, ſingularem *Sinicæ Chronologiæ* rationem. Eam verò breviſſimè, & quoad h. l. ſufficit, expediam.

1. Nempe varios *annorum Cyclos* agnoſcunt Sinæ.

a. *Duodenum*, quem *animalium nominibus* inſigniunt. *Hiſt. Tamerl.* 425. 9. *Naſiroddinus* ap. *Gol. Ulugbeig.* p. 5. Quibus tamen Jac. *Golius* contradicit. *append. p. 7. a. f.* conf. p. 6. b. f. V. *Salmaſ.* de ann. Clim. præfat. b 4. *Scal.* Emendat. T. p. m. 78.

b. *Sexagenum Simplicem.*

c. *Sexagenum compoſitum.* Triplicatum ſc. Sicut primus *Changven*, ſecundus *Chungven*, tertius *Hiaven* dicatur.

d. *Vannum*, decies mille annorum. *Gol.* app. 7. b.

2. Habet autem quiſque annus Cycli ſexageni ſuum nomen, quæ ex *Combinatione nominum, quæ temporibus Cycli deni & duodeni* tributa ſunt, emergunt. E. g. Primum tempus deni Cycli *kiä* dicitur; duodeni *çù*; indeque primus annus cycli ſexageni *kiä çù* ſatis ſuperque hæc intelligit, qui volet, ex iis quæ in libello de *Chataja* pag. 41. & porrò ſcripſi.

3. Sicque tandem annus ſexageni, Cycli quinquageſimus quiſque ſeptimus *ken xin* dicitur. Quod, ſi *differentiam pronunciationum* attendas, idem eſt ac *kien chum* Boimi & كن شن *Khen Schin* Ulugbeigi. Idque characteres 申 庚 demonſtrant.

4. *Quinquageſimus* itaque *ſeptimus* Cycli ſexageni annus intelligendus eſt ſub vocibus *Kien chum* quatenus tempus aliquod deſignant.

5. Sed cujus? inquis, & *quoti*, ſive à *Condito mundo*, ſive à principiô *Vanni labentis*? *Ken xin* enim in ſequentes Dominicæ Epochæ annos incidit.

 1.

Digitized by Google

	1.	60.	120.	180.	240.
300.	360.	420.	480.	540.	600.
660.	720.	780.	840.	900.	960.
1020.	1080.	1140.	1200.	1260.	1320.
1380.	1440.	1500.	1560.	1620.	

Intrà quod annorum ſpatium *Lapis* extra controverſiam *exaratus* foret *Characteribus* iſtis. Sed Cyclorum numeris deficientibus, fruſtrà quidquam determines. Maximè, ſi alii quoque *temporum indices* omiſſi ſint. Uti verò Sinæ *Synchroniſmos, temporumq́; charaſteres* annis Cyclicis adjicere ſolent: Sic etiam hoc loco fit. Dicitur enim lapis erectus *regnante Tam.* De *Tam*, Regum familiâ, infrà dicam in *Commentario Onomaſtico.* Illa, *Tanga* aliàs dicta, intra annum Chriſti 360. & 660. regnare & cœpit & deſiit. Quare Lapis intereà erectus fuiſſet. Sed errorem infrà detegam.

6. Hoc verò certum eſt, Autorem ſcripturæ hujus annum Chriſti 780. deſignare voluiſſe. Huic enim ex aſſe reſpondet annus *Alexandræus* 1092. Huic annus *Cycli ſexageni* Sinici tàm *triplicis* quàm *ſimplicis* 57. Fuiſſetque adeò annus iſte ſecundum Sinarum Chronologiam annus 9197. Vanni 9864. Quod quid ſit, ſiquis noſſe deſiderat, *Ulugbeigem* legat & librum de *Chatajâ.*

7. *Luſitanica* verò *Pamphraſis* etiam ceteris temporum Characteribus Sinicis *duos* ſemper *addit annos.* (Neque enim credo autores ejus *Scaligeranam* ſecutas eſſe ſententiam, quatenus *Dionyſiana æra* duobus annis à *verâ* abeſt, ſic ut annus Chriſti 780. verè 782. dicendus foret. Vid. *Scal. Calviſ.*)

8. Fortè DIEM quoque, quem autor deſignare voluit, invenire licebit. Ait rem factam eſſe ſub *initium Autumni & die Dominicâ.* Sinæ *temporum Cardines* anticipant, ac *hyemem* circà *Scorpii*, *ver* circà *Aquarii*, *æſtatem* circà *Tauri*, *autumnum* circà *Leonis* medium inchoant. Vid. *Ulugbeig.* p. 52. Circà S. JACOBI ergo autumni initium ipſis eſt. Quem & *noſtrates primum autumni Dominum* vocant. Sinæ Principium *Autumni Lië çie* eum vocant. Eſtque *viceſima quarta* pars anni. Adeoque dierum tantùm non 16. Vid. *Ulugbeig.* p. 54. S. *Jacobi* dies anno 780 feria erat *tertia.* Quare lapis erectus fuiſſet, ſi non *30. Julii*, certè 6. aut 13. *Auguſti* anno Domini 780.

Ceterum *error* eſt & hic, quòd Kircherus *China* pag. 96. fin. *lapidem*

dem erectum ſcribit anno 636. quô *Chriſtianiſmus* fide lapidis in Sinis demum cœpit.

II. HISTORIARUM, quas lapis aliàs complectitur, tempora.

Suntque

a. *Chen quon Kien sù* Col. IX. 15. 48. Hoc annô *Olopuen Sinici* Imperatoris Edictô *Eccleſias Chriſto* obtinuiſſet.

b. *Xim lie*. Col. XIV. 9. Hoc annô *Bonzii* perſecutionem fidei Chriſtianæ in *Honane* inſtituiſſent.

c. *Syen tien*. Col. XIV. 18. Hôc annô idem feciſſent *Laici* in *Xenſy*.

d. *Tien pao*. Col. XV. 29. Hoc annô Imperator *libertatem Religionis Chriſtianæ* reſtituiſſet.

A. *Chen quon Kien sù* annus Chriſti fuiſſet 636. Ita *Luſitani* & *Boymus*. Verius (ex eô, quod ſuprà monui) annum IↃcXXXIV. diceres. Fuiſſet hic *Cycli ſexagenarii* quinquageſimi quinti *trigeſimus primus*.

Sed eum *kiá ù* vocant Sinæ. Et planè aliis deſignant characteribus. Mirum quoque *quatuor Notis*, totidemque *vocabulis* annum deſignari, neque unam ex illis vel *vocem* vel *notam* eſſe, quæ vulgatis Sinarum Notis Cyclicis reſpondeat. Eoque magis hoc mirum eſt, quod *Notæ* illæ *vocesq́;* perantiquæ ſint. *Thienhoangi* nempe & *Fobij* inventa quorum ætas, annum ante Chriſtum bismilleſimum longè ſuperat, annalium Sinicorum fide. vid. MARTIN. Hiſtor. Sin. p. 7. 12.

B. *Xim lie*. Eſt hic annus Chriſti 699. Luſitanis autoribus. Fuiſſet ergò *Cycli ſexagenarii* quinquageſimi ſexti *trigeſimus ſextus*. Eum Sinæ *ki hai* vocant. Quod parùm voci *xim lie* alludit. Sed Kircherus vocem pro *nomine regis* accipit. (*pag. 40. b.*) Fueruntque Imperatores, qui *yum lo* & *yum lie* dicerentur. Quorum *ille*, *Taiçungus* aliàs dictus, circà annum Domini 1403. aulam Nanquinô Pekinum tranſtulit; *hic* verò anno Domini 1649. à Sinis quibusdam Rex electus eſt, ſed à Tartaris tribus unà exercitibus in fugam coactus, inque *Tunchinô*, ut videtur, mortuus eſt, *yum* & *xim* pro eâdem voce ſœpè adhibentur.

C. *Syen tien*. Luſitani annum 713. intelligi volunt. Rectius 711. Fuiſſet hic *cycli ſexagenarii* quinquageſimi ſexti *quadrageſimus octavus*. Eum Sinæ *Sin hai* vocant.

D. *Tien pao*. Eſt hic annus Chriſti 747. Boymo & Luſitanis autoribus. Hic, ſi rectè definitus eſſet, *Cycli ſexagenarii* quinquageſimi ſeptimi *vigeſimus quartus* fuiſſet. Eum Sinæ *Ting Hai* vocant.

Meam de his vocibus *ſententiam* è *Correcturâ Boimianæ verſionis* deprehendes, Lector cupide.

Com-

Digitized by Google

V. *Commentarius* ONOMASTICUS,

& maximè

PROSOPOGRAPHICUS.

Ubi

Perſonarum Nomina, quæque *aliàs* de iis nota ſunt, enarrantur.

OCcurrunt enim & quamplurima PERSONARUM, LOCORUMQUE *propria nomina*.

Atqui de *poſterioribus* ſeorſim diſſeram.

De *utroq;* genere *generatim* notandum eſt, quòd *Sinæ*, quique exoticam Hiſtoriam, artemque Geographicam illis terris intulerunt, *Propria exterarum linguarum nomina* vel *tot vocibus & characteribus* exprimant, *quot ſyllabis* illa conſtant, (*monoſyllabis* enim tota ipſorum lingua conficitur) vel *priores tantùm* aut alias aliquas nominum ſyllabas, ſive planè eaſdem, ſive nonnihil ad genium linguæ ſuæ immutatas ſervent, ſive aliis omninò vocibus deſignent. Sic *Judæam Ta cyn kue* vocant. Sic *Adamum Tam, Evam Va, Johannem Gio*. Sic *Ieſum* Y su, *Moſen*, Mo, *Paulum* Pu lum, *Conſtantinum Tam tym*, *Andream* Van, *Kircherum Kie*.

I. De Imperatoribus illorum temporum.

Imperatores Sinici, quos Lapis memorat, *Octo* ſunt, *Diaſio* teſte. *Kircherus* nonniſi *ſeptem* numerat in recenſione ſuâ pag. 40.

Erant autem iſti:

1. *Tay ſun ven*. (Col. VIII. 39.) circà annum CHRISTI 636.

Ubi à Principio obſervandum eſt, *Regum* ſeu Imperatorum Sinicorum *plures* ex ordine *Familias* fuiſſe, quas *Dynaſtias* vocant. Quas omnes ex hôc Schemate compendiorè cognoſces.

DY-

DYNASTIÆ SINICÆ.
EX HISCE.

	Dicebatur	Cœpit regnare anno	Duravit annos.	Reges habuit numerô
		ante CHRIST.		
Prima.	Hiaa.	2207.	441.	17.
2.	Xanga.	1766.	643.	27.
3.	Cheva.	1122.	875.	371.
4.	Cina.	246.	143.	3.
5.	Hana.	206.	460.	30.
		àNatoCHRISTO.		
6.	Tanga.	419.	199.	6.
7.	Sunga.	618.	660.	15.
8.	Jvena.	1278.	90.	9.
9.	Taiminga.	1368.	276.	16.
10.	Taicinga.	1644.	Durat hodię num.	Hodiè regnat ſecundus, CAMHI.

☞ Jam *Sungæ* erant omnes Reges, quorum in hoc monumento extat memoria. Ideoque omnes *SUN* & *ÇUN* hic dicuntur. Id quod *Sungas* notat.

Tay ſun verò dicebantur, uti *Taiminga* & *Taicinga* duæ poſteriores familiæ dicuntur. Hoc eſt, *Magni Sungæ*, *Magni Mingæ*, *Magni Cingæ*. Ut *Magni Mogoles*, *Magni Chani*, *Magni Turcæ*, *Ulugchani*, *Ulugbegi*, &c. dicuntur.

Sungas iſtas Johann. Conſalvus *Mendoza Taizon* vocavit libro III. cap. I. sed librarii *Zaizon* corruptè, ut pleraque omnia, ſcripſerunt.

Quanquam *Mendoza* iſte in deſignandis Regum Sinicorum nominibus & ætatibus plurimum ab Annalibus *Martinii* diſſidet, inque paucis cum illô conſpirat. Quod *Hornius* ignorantiæ Mendozæ tribuit in Arcâ Noæ p.426. Nec diffitebor, Mendozæ literaturam Sinenſem minus perſpectam fuiſſe. Et illô tempore, ad illius laudem ſufficiebat, quod præſtitit. Sed aliæ quoque videntur cauſæ ſubeſſe, quare ambo illi ſcriptores non adeò conveniant. De qui-

quibus non poteram niſi extrà oleas vagatus agere. Nunc verò in re præſenti pergendum.

Tai ſun ergò multi Sinarum Reges dicebantur. *Omnes* videlicet *Sunga*, Numero *ſedecim*. Ita n. *Mendoza* habet loco citato. Alii quindecim. Sed *Propriè* Duos ſic dictos fuiſſe, Monumentum indicare videtur. Imò extrà Sungarum ſeriem *Taiçungus* dicebatur, Taimingarum ſecundus, qui circà annum Chriſti 1406. imperitavit. *Cungus* etiam dicebatur ſextus familiæ CHEVA dictæ, circà annus ante Chriſtum 946. *Sed* neſcio, an eôdem *Charactere*, quo Sungarum nomen, ſcribatur. Nec an *Taiſan Nicephori* Calliſti huc pertineat. Qui libro XVIII. cap. 30. videri poteſt.

Supereſt vox *VEN*^, quæ nomini *Taiçun* additur. Ea ſub illô ipsô charactere 文 quô hic ſcribitur, multa ſignificat. *Ornatum* videlicet, & elegantiam, *compoſitionem* ſeu *σύνταξιν*, *cyclum ſexagenarium*, &c. Sed & hic *communis titulus* Imperatorum erat.

Sequuntur jam reliqua *Imperatorum Nomina*, ut à *Kirchero Luſitanorum* & *Boimi* fide recenſentur.

2. *Kaó çún*. (col. xxii. 24. xxv. 30.)
circà annum CHRISTI 651.

Caoçungus, hoc eſt, eôdem nomini, dicebatur *Sungarum* decimus Qui circà annum Domini 1135. Tartaros *Kin* fugiens Regiam in urbe *Hangcheu*, *Quinſay* inde dictam ſtatuit.

3. *Ximlie*. (col. xiv. 9.)
circà annum CHRISTI 699.

Videatur Commentarius Chronologicus pag. 23. b.

4. *juen̂ çun' chì taó* (col. xiv. 53.)
circà annum CHRISTI 719.

Eſt hic idem, qui column. xxvi. 4. *juen çun' ke* dicitur. Sed *ke* & *chi* diverſis notantur characteribus.

5. *Sŏ çun' nen̂ min* (col. xvii. 43.)
circà annum CHRISTI 757.

Hic ſimpliciter etiam *ſŏ çun* dicitur, col. xxii. 5. xxvi. 34.

6. *Tay' çun' uen̂ uû* (col. xviii. 16.)
circà annum CHRISTI 764.

7. *Kien' chum' xim' xim̂ uen̂ uû*. (col. xix. 7.)
circà annum CHRISTI 781.

Hic ſimpliciter etiam *Kién chum* dici videtur, Col. xxvii. 39. Sed Vocum *kien chum* eædem notæ ſunt, quæ *temporis*, de quo in Comment. Chronolog. pag. 21. dixi.

Octavus Imperatorum, quos quidem lapis memorat, *Tay' çum' kiaó y'* procul dubio habitus eſt à *Diazio*.

Ceterum *qui* illi Reges *fuerint*, vel *non fuerint*, *quot annos* & *quibus* regnaverint, quid *geſſerint* & ſimilia, è *Sinenſibus Annalibus* con-

ſta-

ſtabit. Ibi enim *Nomina* illorum haberi, Kircherus fidem facit. pag 34. b. Nos intereà dolemus, quòd ejuſmodi libros ſinicos non contigerit videre; neque id ſperare poſſimus. Promiſit *Martinius*, ut optimè poterat, *Prima* Annalium Sinicorum Decadi *Secundam* ſubmittere. Imò *Tertiam*. Sed utramque unà cum Annalibus ab anno 1610. ubi *Trigautius* in *Hiſtoriâ Expeditionis* deſiit, ad annum 1650. ab aliis expectamus. Ac *Proſper Intorcetta* gratiorem harum rerum cupidis præſtaret operam, ſi Martinii Hiſtoriam continuaret, quàm quòd circà *Confutii* & *Mencii Philoſophiam*, alioqui non indignam cognitu, occupatus eſt.

☞ Illud verò obſervatu dignum eſt, quòd Reges, quorum meminimus, non *Sungis*, ſed *Tangis* annumerantur. A *Luſitanis* non minus quàm *Boimo*.

Tabulæ ſubſcriptio è meâ quidem verſione, columnâ xxviii. 32. ſic incipit:

(Sub) magnô TAM (*anno moderni cycli ſexageni quinquageſimo ſeptimo,*) KIENCHUN (*dicto*) anno ſecundo (*imperatoris puta*) cum eſſet principium Autumni &c.

Communis hæc eſt, etiam ipſorum Imperatorum, notandi temporis ratio. Scilicet, primo loco Imperatoris *nomen* ponitur & *Cycli* annus præſens; pòſt annus *Imperii*; deìn *Luna* vel *menſis* ejusque *dies*; aliquando etiam *feria*. Exempla:

1. *Yumlie* anno quarto *kemyn*, Luna decima, die octavo. Hoc eſt, Junglieus (vid. p. 23. b.) anno (*imperii*) quarto, Cycli ſexageni xxvi. menſe decimo die octavo. seu, Anno Chriſti 1650. die primo Novembris. vid. *Kirch.* Chin. Illuſtr. p. 101. b. confer. p. 102. b.

2. *Xun chy pá nien pá yue*. (vid. Intorcetta p. 349.) Hoc eſt: XUNCHI (*Imperator*) anno (*Regiminis*) octavo, Lunâ octavâ.

Eâdem ergò ratione Monumenti autor Tempus deſignavit. Sed circà vocem *Tam* à prædictis autoribus planè diſſentio. *Boimus* enim familiam Imperatoriam intelligit, quæ *Tanga* dicebatur, ut ſuprà notavi.

Vox iſta *Tam* ter in Monumento occurrit. Bis ſcribitur *Tam*, (col. xi. 32. xxv. 15.) ſemel *Tam* (col. xxviii. 33.) Eſtque idem ubique character.

Tam verò idem eſt quod *Tang*. Unde *Tangam* Caſu Latino dicimus. (vid. p. 15. b.)

Jamque *Boimus* in Epiſtolâ (ſuprà cap. 1. p. 7. lin. 212.) diſertè tradit, *extinctam Legis notitiam regnante familiâ regiâ Tam renovatam eſſe* in ſinis.

Idem Joh. Adamus *Schallius*

Soc. Jesu teſtatum fecit in *Inſcriptione Templi Pequinenſis*, quæ hæc eſt:

Poſt fidem à D. Thomâ Apoſtolo primum advectam, poſtque eandem à Syriis tempore imperii TAM, iterum & latius propagatam; tertio rurſum ſub imperio MIM [a]. poſt eandem,) Ducibus S. Franciſco Xaverio, ac [b]. P. Matthæo Riccio per Societatis Jeſu Homines, & verbo, & Libris Sinice editis divulgatam. Magno [c]. quidem) ſtudio & Labore, ſed [d]. propter Gentis inconſtantiam haud [e]. pari. Devoluto jam ad Tartaros Imperio eadem Societatis pro inſtaurati per ſuos Calendarii [f]. XI HIEN LIè dicti Laborum Coronide Templum [g]. Deo Opt. Max. publice Pekini [h]. Regum Sinarum Curiæ.)

Poſuit dicavitque,

Anno [i]. M.DC.L. [k]. XUN CHI VII.

[l]. Pater Joannes Adamus Schala Zell Germanus Societatis Jeſu Profeſſus, & Præfati Calendarii Author, ex Laboribus Manuum ſuarum ædem hanc & Patientiam Poſteris legat.

Ita ſcil. legitur apud *Kircherum* p. 107. b. Neque aliter ap *Intorcettam*. E cujus relatione tamen iſta obſervavi *varias Lectiones*.

a. def.
b. *add.* poſteà
c. *Subſtit.* tum equidem
d. *add.* fructu
e. *ſubſtit.* ſatis fæcundo
f. xy LIEU LIè
g. *add.* hoc.
h. *defic.*
i. *add.* Jubilæo
k. *add.* Imperatoris
l. deficit.

Hîc *Tam* Tangas, *Mim Ta*mingas extrà controverſiam ſignificat.

Atqui Tanga anno Chriſti 419. regnare cœpit; deſiitque annô 618. Eô quo *Sunga* cœpit. Deſiit ergò *Tanga* XXII. annis antequam Chriſtianiſmus in Sinarum ſinum receptus eſt; annis verò CLXII. antequam Lapis erectus fuiſſe dicitur. Sub *Sungu* verò quare Autor Monumenti *Tangarum* mentionem fecerit, pridem defunctorum, equidem non video.

II. De

II. *De Viris Apoſtolicis*, ceteriſque *Eccleſiaſticis*, quorum Lapis meminit.

I. *Elenchus Nominum* SINICORUM. Ordine *Alphabetico*.

Giŏ Col. XIV. 29.

ITa ſinæ *Joannem* vocant. Character hujus vocis aliàs *obſequendi* & *eſſendi* ſignificationem habet. Eam exprimere voluit Joh. Alb. *Mandelslobius*, ubi Nominis ſui Characterem Sinicum laudat. Joannes verò Adamus SCHALLIUS *Tam jô vâm* Sinis vulgò dicebatur, hoc eſt, *Adamus Johannes*. vid. pag. 17. a. 24. b.

Kiĕ bŏ. Col. XVI. 20.

Sic Alter Sinarum Apoſtolus dicitur. Secundæ dux Expeditionis, qui è *Judæâ per Mare* in Sinas venerit. Alii tamen *Indiam* intelligi malunt.

Kiĕ liĕ. Col. XIV. 35.

Kim cym. tit. 12.

Sacerdos Eccleſiæ Judaicæ, Tabulæ Autor. Luſitani *kim lim* legunt.

Liû ſieñ. Col. XXIX. 63.

Lŏ han. Col. XIV. 32.

Sacerdotis nomen eſt. Comitis ſecundæ expeditionis.

Lopuen. vid. Olopuen.

Nym xú. Col. XXIX. 52.

Nomen Epiſcopi ſinenſis Luſit. Leg. *Him Ciû*.

OLOPUEN. (col. VIII. 54. X. 24. XIII. 45.)

Hic Homo *Judæus* erat. (VIII. 47.) & *ſumma virtutis* (51.) Diciturque etiam per *Aphæreſin* primæ nominis literæ LO PUEN (X. 24.)

Quod quale nomen fuerit, vix demonſtrabitur. Priores duæ ſyllabæ OLO iisdem Notis deſignantur, quibus in nomine *Holooy*, quod DEum notat. Si temporum ratio id permitteret, poſſit dici idem nomen eſſe, hoc & *Isdebuſid*, de quo inferius dicam. *Puen DE SE* ſignificat. Sed quid illud DEUS DE SE?

II. *Elenchus Nominum* SYRIACORUM. *Ordine Alphabetico*.

Aaron.
Abad Jeſua.
Abba, Syrus.
Abraham.
Adam.
Aggæus.
Amiun.
Anan Jeſua. *Coptita*.

Digitized by Google

Andreas.
Anuſo.
Arius.
Asba Kuſius.
Atdaſpha.
Conſtantinus.
Cus. *Saba Cuſio.* ſ. *Æthiops.*
Cyriacus.
David.
Elias.
Ephrem.
Gabriel.
Georgius.
Guneſph.
Jacob.
Jaël.
Jeſuadad.
Joannes.
Job.
Jochanan. *Suſen.*
Joel.
Joſeph.
Iſaac. *Kuſius.*
Isdabuſaid.

ISDEBUSID.

Autor Tabulæ, ut *Lemma Syriacum* habet.

Sed *Nomen* ejus variè legitur apud ipſum *Kircherum*. Idque tàm in *Chinâ Illuſtratâ* quàm *Prodromô*. Scribitur enim. *Iidbuzad*, *Izbuzad*, *Iydbuzad*, *Iizdbuad*, *Isdbuſaid*, *Isdabuſaid.* Sique *Isdabuſaid* legendum aſſet, nominis rationem facilius eſſequi licert. *Said* enim & *Abuſaid*, ut & *Ibnaſaid*, vulgata ſunt Arabum & Arabizantium nomina. *Isd* Perſicè tria ſignificat. Primùm *urbis* nomen eſt, quam *Iezd* vulgò vocant, ſatis notam. Deinde *Dei* nomen eſt, ac illud ipſum *Yazdan*, quo Zoroaſtréi Lucis DEum appellabant, autore *Abulfeda*. Indidem eſt poſtrema pars nominis *Ormuzda*, quô item Deum ſignificabant. Tandem *Nominibus propriis* ſervit. Nam, Tres, Exempli gratia, Perſarum Reges *Jizdegerda* dicti ſunt. Sed quidnam illud *Buſid* ſit, equidem non divino. Si ܐܝܙܕܒܘܙܝܕ *Isdebuſid* legendum eſſet, ſignificatio hujus & *Izdegerda* nominis proximè coinciderent. Cōjectura Syriacæ & Perſicæ linguæ gnaris facilè arridebit. Sed non auſim temerè quidquam affirmare.

Isdebuſidi hujus *Flius*, *Adam* fuit, Diaconus; Pater, Milis, vel, uti *Kircherus* pag. 52. legit, *Noa. Quomodo*, non liquet.

Sed & *Patriam* horum indigetat Lapis, ubi tradit: *Balchô* oriundos fuiſſe. *Tocharestani* ergò fuerunt, & è *Tartaris*. Vid. *Comm. Geograph.*

Lucas.
Mahada Guneſph. *Abad Guſnaſeph.*
Mahet.
Maſchadad.
Matthæus. *Kuſius.*
Milis. al. leg. *Noe.* vid. Catal. libr. Chald. *Hebed Ieſu*, cap. 58.

Mor-

Morſargis, Vide Sargis.
Moſes.
Noe.
Paulus.
Petrus.
Puſu.
Sargis. *Tabennita*
Sbar Jeſua. ܣܪ ܝܫܘܥ *Sar Ieſua*,
Prodr. 75. Leg ܡܪ *Mor Ieſua*.
Simeon.
Subchol moran.
Zugen Meſrius, ſeu Ægyptius.

Sunt ergò præter ea, quæ è Prodromo inſuper accerſivi alioque charactere indicavi, *nomina* XLIV. *Perſona* verò 76. vid. *Kirch.* Chin. Illuſtr. p. 45 b. pr. & ibi Tabulas C. atque E. quæ ſunt ad pag. 42.

III. De quibusvis aliis Perſonarum Nominibus.

Cum çû y'. col. XXI. 44. Luſit.
Çun' cheú. col. XI. 23.
Erat hic *Philoſophus* Sinenſis, non minus celebris quàm *Cun çu*, cui Boimus Kircherum comparat.
Fam cum yuên lim. col. IX. 23.
Colai nomen.
Fuen' yam. col. XXI. 42.
Reguli nomen.
Hôlôo yû. Vid. Comm. Theol.
Kaó lië sú. col. XV. 34.
Eunuchi nomen.
Mixio. vid. Comm. Theol.
Ta y cheü sú sú ça n kiun. col. XXIX. 62.
Tſu. vid. Comm. Theol.

HISTORIÆ SUMMA.

Ex his ergò liquet, fide Lapidis tres fuiſſe *Expeditiones Evangelicas*, in Chinam ſuſceptas.

Primam *Olopuen* inſtituit ſub rege I. circà ann. 636.

Secundam *Kieho* ſub rege V. circa annum 757.

Tertiam *Anonymus* Mogoramus ſub rege *VII*. circa annum 781.

Complectitur autem lapis Hiſtoriam annorum 144. Ab anno videlicet poſt natum Chriſtum 636. ad annunciiſque 780.

Sed *unde* primæ ex hiſce Evangeliſtæ venerint, & *à quibus miſſi* ſint, non adeò inter ſcriptores convenit.

Syros natione fuiſſe, vel aliquos eorum, Limbi Syriaci ſvadent. Adeoque non malè *Syrii* appellantur in *Epigraphâ templi Pequinenſis* ap. *Kircherum* pag. 107. b. Nec malè *Sacerdotes Syri* à *Boimô* in epiſtolâ.

Sed quosdam etiam *Coptitas* vel *Ægyptios, Æthiopes*, vel *Cuſchaos* fuiſſe è *ſubſcriptionibus*, quatenus eæ certæ ſunt, pateſcit. Vid. *Prodr.* 83. & ſupra pag. Quare tantò minus concludi hactenus poteſt, *è Syriâ* veniſſe. Adeoque *Boimus* Kircherianæ induſtriæ hoc relinquit, ut doceat, *ex quonam loco venerint*

rint Sacerdotes illi? Ipſe verò ſtatuit, *non ex Iudaâ* veniſſe, quia *Syri* fuerint, ac *Iudææ mentionē* ideò tantùm feciſſe, quia legē prædicaſſent, in Judæâ exortam; veniſſe etiam vel ex *Syro-Chaldaâ*, vel *Malabare*.

Diazius è *Palæſtina* aliisque *viscinis* locis veniſſe affirmat. *Isdbuſidum Tartarum* fuiſſe, mox dixi.

Fortè Chriſtianorum quidam Mohammedicæ Perſecutionis metu è *Syria* & vicinis locis in *Perſiam*, *Turqueſtaniam*, & inde porrò in *Sinas* penetrarunt.

Mohammed enim ab anno Chriſti 612. Somnia ſua adeò propagavit, ut bellis vexaret, qui non crederent, tam *Chriſtianos* quam alios. Idem multò magis actitabeant ſucceſſores ejus, quos *Chaliſas* vocant. Neque mirum, ſi Chriſtiani eò tempore Sinas petiiſſent. Nam *Iezdegirdes* ipſe, Rex Perſarum, eò contendebat, cum *Omari*, *Chaliſa*, reſiſtere non poſſet.

Ceterum *Summa Hiſtoria* eſt:

Sacerdotes Chriſtianos ab Imperatoribus Sinis commodè receptos eſſe.

Religionem Chriſtianam ab iisdem bellè *promotam*, *defenſam*, *reſtauratam*, *propagatam* eſſe, etiam non ſine *zelo*.

Perque illam *occaſionem* traditur; quæ tum temporis Chriſtianorum illorum *doctrina* & *Liturgia* fuerit.

VI. *Commentarius de* NOTITIIS *officiorum publicorum, quæ tùm* Mandarini *Sinenſes*, *tùm Chriſtiani* advenæ *gerebant*.

I. Nomina DIGNITATUM Sinica.

SInenſium Reſpublica infinitis gaudet dignitatum & officiorum titulis. Quos vix unus omnes perſcripſit. Nos eos tantùm tangamus, quos Monumentum complectitur. Suntque partim *Sinicè*, partim *Luſitanicè enunciati*.

Bonzius. Bonziorum interpretes meminerunt col. XXIII. Ibi Sinicè *Tá Sò* dicuntur. Niſi Imperator *Sò çun* intelligendus ſit. *Bonzii* tamen & ipſi Sinicè, *Taſo*, indeq; *Tanſi* dici videntur. Alias *ſē çú* dicuntur, Col. XIV. 11. vid. omninò notas meas ad *Epiſt. Moſis Mardeni* pag. 34. fin. Sunt autem *Bonzii* ſacrificuli ſectæ Indicæ, quæ *Xacam* autorem habere dicitur.

Chaó y lám. col. XXIX. 59.

Chum xū lim. col. XXI. 40. Luſ.

Colaus, vid. Col. IX. 21.

Colaï

Colai dignitas Politica eſt & maxima. Vox ipſa *Adjutorem* ſignificat, autore *Martinio* p. 27. Idem *Privatum* ſic dici pag. 66. addit. Ego *Familiarem* Imperatoris dicerem. Eſt autem *Colaus* ſummus imperii Præfectus. Hoc loco *çay* dicuntur. Voce *Tunchinenſibus* quoque uſitatâ.

Mandarinus. Vox origine *Luſitanica*. A *mandando* nomen habentibus Mandarinis. *Martin.* Bell. Tart. p. 2. a. Sunt autem præcipui Tribunalium aſſeſſores. Sinicè *Quonfu* dicuntur & *Lau ſie*.

Kin çú kuam lŏ tá fú. col. xx. 45. Officium aulicum.

Sĕ fam cyĕ tá fŏ. col. xx. 46. Officium extrà aulam.

Sú xi tien chum kien. col. xx. 2. Officium in aulâ.

Taſu. col. xxiii. 55. v. *Bonzius*.

Y nym fam. col. xi. 12. Ita *Mandarini* dicuntur.

II. Nomina DIGNITATUM Syriaca.

Sunt hæc omnia *Eccleſiaſtica*. De quibus hoc loco nihil monendum eſt, niſi ut *aetatem* vocum indicemus. Unde conſtare poſſit, hasce voces ante monumenti erectionem inter Syros uſitatas fuiſſe. Quod de nonnullis in dubium vocari queat.

ܐܒܐ ܕܐܒܗܬܐ *Pater Patrum*.

Sic dicitur *Anan Jeſua Patriarcha*, de quo pagina 20. conſulenda eſt. Nec dubito, quin hoc *tituli genus* ſatis antiquum ſit.

ܐܪܟܕܝܩܘܢܐ *Archidiaconus*.

Vid. *infrà*. Eſt enim mendum in hâc voce.

ܐܦܝܣܩܘܦܐ *Epiſcopus*.

Vox è *Syrâ* quoque *N. T. verſione* nota. Eſt autem origine *Græca*. Ut non paucæ earum, quæ ſequuntur. Cum n. Evangelium primitus *Græcè* traderetur, quòd *Græca Lingua* tunc temporis quaſi *Oecumenica* eſſet, Græca Vocabula paſſim recepta ſunt in Eccleſias diverſarum Linguarum.

ܐܪܟܕܝܩܘܢ *Archidiaconus*.

Vox item antiqua, Græca, Orienti uſitata, vid. Gregor. *Malatienſ.* p. 296.

ܟܘܪܐܦܝܣܩܘܦܐ *Chorepiſcopus*.

Vox item *Græca* eſt, Χωρεπίσκοπος Græcè. Kircherus *Epiſcopi vicarium* intelligit. Quâ voce ſi *Suffraganeum* intelligit, errat. Significat enim τῆς χώρας ἐπίσκοπον, hoc eſt, Diœceſios Inſpectorem, ac dignitatem communi Epiſcopo facilè majorem. Quamquam alii eam nimis elevent etymologiis ſuis. Volunt enim E-

piſcopos dici τῶν χωρῶν, hoc eſt, villarum ſeu vicorum. Vid. *Salmaſ.* de Primatu Papæ p. 164.

Chorepiſcopi vox ſantis antiqua. Extat autem in Concil. *Neo-Cæſar.* ſub Conſtantino, can. 14. *Nicen.* Arab. can. 56. *Antiochen.* can. 10. *Ancyrano* can. 13. *Niceno* can. 56. vid. *Roſweid.* ad vitas P. p. 1021. *Baron.* ad ann. 357. *Raban.* Maur. de Inſtitut. Cleric. l. 5. *Petav.* not. ad Epiphan. Hæreſ. LXIX. 277. ſ. Formul. Ordin. *Maronit.* apud *Morini.* p. 415. Sed in *Occidente* ſerò Chorepiſcoporum ordo cœpit, & vix ante annum Chriſti 750. vid. *Blondell.* in Apolog. pro *Hieronymo* p. 133. & in *Pſeud-Iſidoro* p. 567.

ܡܪܝ *Mar.*

Alii etiam *Mar* dicunt. Titulus *Doctorum* eſt apud Syros, planè vulgatus, minimè vulgaris. Eô inſigniuntur hoc loco *Anania*, *Joſeph Jochanan*, *Sargis*. Alterius *Marſargis* Venetus meminit, qui Præſulatum à Cublâ in Chinâ impetraverit. *Martome* dicitur Chriſtianorum S. Thomæ Apoſtolus. Vid. *Guſman.* Indic. Exped. II. 27.

ܡܫܡܫܢܐ *Diaconus.*

Ita Græcè dicitur. Syriacè *Miniſter.* Quod idem eſt.

ܦܐܦܐ *Papa.*

De hac voce multi multa. Hoc loco *Isdebuſid* ſic dici videtur. Sed dubito de lectione.

ܦܐܦܐܫ *Papaach.*

Kircherus Papaſi legit. Neutrum vitio caret. Quomodo legendum ſit, non liquet.

ܩܬܘܠܝܩܐ ܦܛܪܝܪܟܐ

Catholicus Patriarcha.

Utraque vox *Græca.* Utraque *Orienti* ſatis nota.

Et è priori quidem Patriarcha Armenus *Catholicus* dicitur. Hæc eſt ipſa vox *Jacelich* apud Venetum. Joſaph. *Barbarus Jacobita* legit, Salmaſius ياكلي *Iaculi* (vid. de Primatu Papæ p. 216.) Sed eſt ex Arabicâ vocis flexione جاثليق *Iacelich* (Italicâ ſcriptione) Ita vocem Catholici exprimunt. Sicque quoſvis etiam Chriſtianos Armenos (ut puto) vocant. Vid. *Malat.* p. 296.

ܩܫܝܫܐ *Sacerdos.*

ſyriacè *Senior.* Sinicè *çem.* Utraque vox frequenter in hoc Monumento repetitur.

ܪܝܫ ܡܕܝܢܬܐ *Caput, civitatis.*

Kin-

Kircherus ܪܝܫ ܥܕܬܐ *Caput Eccleſiæ* legendum putat, Prodr. 76. pr.

Super ſunt *Tituli*, qui Regibus tribuuntur. *Sereniſſimi* videlicet (XXIV. 52.) *Illuſtriſſimi* (VIII. 44.) & fortè alii. Sed Sinenſium ſtylus longè magis luxuriat.

VII. *Commentarius* GEOGRAPHICUS.

Habent Sinæ Patriæ ſuæ cognitionem Geographicam perquàm exactam, mappasque ſine exemplo curioſas.

SEd Exotica ferè dedignantur. Terramque jam non *orbem* ſed *planitiem* crediđiſſe dicuntur. ſed autor Monumenti etiam *extera* terrarum *loca* memorat, qui Exteram Sinis Chriſtianæ Religionis Patriam deſignaturus erat. Nos tàm *Sinica* quàm *Syriaca* locorum recenſebimus Nomina.

I. SINICA.

CHAM FUM mortuæque aquæ. col. XII. 38.

Ita *locum* vocat Autor, qui *ad Judææ Orientem* ſit. Luſitani *Aſphaltitem* intelligi conjiciunt. Tantòque plauſibilius, quòd *aqua mortua* ſequitur. Hic enim *Lacus Aſphaltites* dicitur. Adde, quòd ſequentia Textus verba non de *Asbeſtô* ſed *ignivomâ* verò terrâ accipiunt. Aſphaltites verò ad Judææ, & Hieroſolymorum maximè, Orientem eſt. *Cham fum* aliàs *reſentionem ſpiritus* ſignificat. Fortè quia Aſphaltites corpora viva & Spiritibus repleta non admittit, ut mergantur.

CHINA v. *Chum kue*.

CHUM KUE.

CHINAM *variis* gaudere *nominibus*, in *diſquiſitione de Chatajâ* dixi, p. 92. & deinceps.

Hoc in monumento *tria* habet *nomina*. *Chum kuě*, Tit. 7. 4. *Hiá*. Col. XXVII. 6. *Hoâ*. Col. VIII. 42. XVI. 24.

a. *Chumkue Meditullii regnum* ſignificat. Non tàm, quòd *Honan* provincia Sinarum medium occupet, ubi *Intorcetta* placet, quàm quod China à civibus pro *terrarum medio* habebatur, ut in *diſquiſitione de Chatajâ* monui, pag. 93. b.

b. *Hiá* unde dicatur, nondum invenio.

c. *Hoâ* duobus extat locis. *Priore* hoc Charactere deſignatur; *poſteriore* iſto *
*
Prior aliàs *exornationem* ſignificat, col. II. 40. Poſterior *creatorem*,

col. XXIV. 32. *nihilum*. col. I. 24. *fluctus*, col. II. 30, *mandatum* Col. XIX. 24. *converſionem*. Col. VI. 29. Ita quidem *Boimus*. Conſule *textum Miniatum*.

çû kí, col. XXII. 42.

Locus, unde *Pŏ lí* venit. De quo infrà in *Comm. Phyſico*.

CYN.

Cyn', *Tácyn'* & *Tácyn'kuĕ* IUDÆA eſt, uti Interpretes conſentiunt. Quare *Cyn' Iudaam* ſimpliciter notat. *Tácyn'*, magnam Judæam; *Tácyn'kuĕ* magnæ Judææ regnum. *Tá* enim magnum ſignificat; *kuĕ* regnum. Syllaba *Tá* frequenter additur *nominibus*, quorum ſignificata cumprimis laudare volunt Sinæ. Luſitani *Tancin* legunt.

Unde Judæam *Cyn* vocarint logodædali, equidem non aſſequor. Fortè ad ZIONIS aut SINAI montis vocabula reſpexerunt. Atque unà ad *CINÆ* vocem, unde *Chinam* dictam volunt *Martinius* & alii.

Iudaa terminos autor curioſè deſcribit. Et eodem ferè modo, quo *Tacitus*, Hiſtor. V. p. m. 574.

Tacitus ad *Orientem Arabiam* ponit; Autor *cham ſum, mortuasq; aquas*, ſeu Aſphaltiten. Quem autore *Plinio* V. 16. *Arabia Nomodum* ab Oriente reſpicit.

Tacitus ad MERIDIEM *Ægyptum*; Autor *coralli rubri maria*. Mare *Erythraum* puta.

Tacitus ad OCCIDENTEM *Phœnices & Mare*; autor *immortalium* hominum *locum* floridiſſimarum arborum. *Inſulas* forte *Fortunatas* reſpicit.

Tacitus ad SEPTENTRIONEM *Syriam*; autor, *pretioſorum lapidum montes*. *Carmelum* intelligit *Kircherus*. *Samariticum* puto (1. Reg. XIX. 19.) non *tribus Juda*. (1. Sam. XXV. 2.) Quid ſi *Libanum* indigeret autor?

GUĕY. XII. 15.

Han & *Guey* Regiarum *familiarum* ſunt nomina, *Boimo* autore. Vel etiam *Regionum*, quod *Luſitanis* placet. Utrumque rectè. Regiarum enim Dynaſtiarum & regnorum eadem ſolent eſſe nomina.

Ceterum *Han* & *Guey* regiones erant Sinis vicinæ. Earumque reges aliquando in ipsâ *Chinâ*, *boreali* ſcilicet, urbes quaſdam poſſederunt, & in *Tartaria Orientali*. Erant autem ex *quinque* illis Regibus, qui olim de ſummâ rerum certabant, antequam Dynaſtia *Hana* emergeret.

HAN. v. Guey.

Hiă. v. *Chumkue*.

Hoă v. *Chumkue*.

Judaa, v. Cyn

KIM' KIM'. Col. XVI. 43.

Palatii, neſcio cujatis, nomen. *Lu* ſit.

Kin,

Kin, col. XIV. 37.

Hoc *regionis* nomen eſſe, adjecta vox *fam* docet, quæ *terras* notat. *Kin* verò ſub illo charactere, quem loco dicto videre eſt, *aurum* ſignificat, & *Tartariam Orientalem*. Vid. *Diſquiſ. de Chataj*. p. 61.a.b.

LIM NGEN. Col. XXII. 36.

Lim vû. Col. XVII. 46.

Nym kuĕ Col. XV. 3.

Sŏ fam. Col. XXII. 4.

Sy kaó. XIV. 27.

Urbs *Siganfu*, uti Commentatores conjiciunt, Provinciæ X*en* ſy hodiè metropolis.

TUM CHEU. Col. XIV. 17.

Civitas Provinciæ *Honan*. M. P. Veneti *Tingui*. De quâ in Comment. ad Veneti hujus Itinerarium ago.

Táçyn. v. *Cyn*.

VAM XE CHI CHIM. col. XXI. 16.

Indiæ locus. *Luſit*. Scil. unde tertius venerat Evangelii interpres.

XU LIM. col. XXI. 42.

Loci nomen ſecundum *Boimum*. Secundum *Luſitanos* vero *Chum xû lim* Titulus regulorum eſt.

II. SYRIACA.

Balch.

Urbs ſatis nota. Plerique eam *Chorasana* tribuunt, non *Tocharestania*, nedum *Turqueſtaniæ*. vid. *Naſſiroddinum* p. 24. & *Ulugbeigem* p. 56. *Nubienſ*. III. 8. *Abulfedam*, *Alferganum*. Teixera *Usbekiæ* tribuit. Fortè quia Usbekiorum imperio tum ſubjecta erat. Sed in *Tocharorum* confiniis ſitam eſſe, & ad occidentem illius plerique affirmant. *Tocharos* verò olim ſub Zariaſpis fuiſſe, *Ptolemæus* ſcribit. Zariaſpis Bactriani. *Bactra* ipſa urbs *Balchum* eſt. Vid. *Gol*. ad Alfergan. p. 176.

Camdan & *Gumdan*.

Utroque enim modo ſcribitur. Urbs nondum cognita.

Madnach.

Orientem ſignificat. Vox nota eſt. Itaque in ipsâ SINÂ *Orientales* dantur terræ, quæ ipſi tamen ad *Occidentem* erant.

Serag.

Kircherus *Diſrag* legit. Et in Prodromo *Daſrug*. (pag. 76.) Rectè, ſi litera *D*. *Genitivi*, ut ſolet, vicem ſuſtineret. Sed ita *Daſrug* legi poſſet, non *Diſrag*. Fortè *Daſrug* aut *Dſarug* legendum. Nam *Sarug* Metropolis eſt provinciæ *Diar-Modhar* in *Meſopotamia*, uti *Nubienſis*. Clim. IV. 6. docet. Ibi quondam Epiſcopus erat Mor *Jacobus*, vir celeberrimus, Liturgiæ & Homiliarum ſcriptor, non Syris tantùm ſed & Æthiopibus carus. Ejuſ-

dem urbis *Abul Pharagius*, ſæpè meminit.

ܙܝܢܣܬܢ *Zinoſtan.*

Ita *Sinarum Regnum* vocatur, *Sinarum Populus* in hôc ipſo marmore ܙܝܢܝܐ *Zinoja* dicitur. Unde Colligitur *Terram* ܙܝܢ *Zin* dictam fuiſſe etiam illô tempore. MARTINIUS Hiſtoriæ ſinenſ. p. 195. vid, *ſuprà* cap. I. p. 4. b.

Ceterum terminatio OSTAN vel ISTAN (in voce *Zinoſtan*) vulgatiſſimè regionum populorumque Nominibus ſubnectitur, non à *Perſis* tantum & *Indis*, ſed & *Syris*, *Armenis*, *Arabibus*. Communiter enim dicere ſolent *Turqueſtan*, *Hindoſtan*, *Arabiſtan*. Vid. *Diſquiſ. de Chataj*. p. 94. a. ISTAN autem *Perſicè limen* & *locum* ſignificat.

ܛܒܘܪܣܬܢ *Taburſtan.*

Ita quidem *Kircherus* legit. Terramque *Turcheſtan* intelligendam putat. Vid. p. 43. a. 52. b. & Prodr. p. 77.

Ego *Tochariſtan* legendum puto.

1. *Literæ* enim *Syriacæ*, quas ipſe producit, hoc potius ſuadent. Sola Litera *Waw* tranſpoſita eſt. Quæ etiam planè *abeſſe* poterat.

2. *Tochariſtania* verò regio eſt, ſatis celebris olim. Vid. *Abulfeda* clim. XXIV. *Abſerganus* clim. 24. *Nubienſis* III. 8. Hiſtor. *Saracen.* I. 4.

Pachymerius τὺς Τοχάρους vocat incolas ejus.

Terminatio enim ISTAN *regionem* (ut dixi) ſignificat. Quod ipſum *Kircherus* bellè monet pag. 42.

VIII. *Commentarius* PHYSICUS.

INcipit autor *à primordio rerum*. Adeoque de *Creatione* agit, deque *natura principiis*. Quoniam verò de iis in *Commentario Theologico* agendum erit, hîc *ſpeciem* tantum unam atque alteram *rerum naturalium* tangam.

Hô uon' pû. col. XII. 44.

Luſitani cineres igne calentes, & ferè *lacum Aſphaltitem* indigetari putant; *Boimus Asbeſtum*. Non malè, ſi ultrà *Aſphaltitem* rarum quiddam indicare autor voluit. Asbeſtus enim præcipuè in *Arabiâ*, ad *Orientem Judææ*, quò autor collimat, reperitur. Eſtque amiantus. Diciturque Hebræis צריפח *Zeriphah*. Inde *telæ veſtiaria* parantur, quæ ignibus non

cre-

exuruntur, ſed purgantur. Vid. *Podocottarus* de rebus Cypriis, *Dioſc.* V. *Strabo* X. *Apollin.* de mirab. *Plut.* de oracul. defectu. *Porcacchi* in funeral. *Plin.* XIX. I.

Hujuſmodi telis veſtiebantur *Brachmanne*, teſte *Hierocle*, & *Seres* teſte *Geogr. Arab.*

Quidam *Salamandram* voraverunt, Vid. *Comm. ad M.P. Venetum.*

Min yuě chū. Col. XII. 48.

Lapidem Luna ſignificat. Græci *Seleniten* vocabant. Quod idem eſt. Veteres *lapidem* ſic dictum putabant, quod cum *Luna Phaſibus* creſceret & decreſceret. Alii, quod non tantùm Lunæ inſtar luceat, ſed etiam ipſas Lunæ phaſes quaſi in ſpeculo exhibeat. Hinc etiam *ſpecularem* vocant.

Eſt autem *Talci* ſuo *Vitri Moſcovitici* ſpecies. Quod Coptis ΠΙCϨΑΕΝΩΝ dicitur, de *Luna* itidem nomine. De *Talco* vid. *Comm. in M.P. Venet. Selenites* in *Xenſy*, Sinarum provinciâ, reperitur. Et in *Arabiâ.*

Adeoque convenit, quod autor de *Oriente Judaa* habet. Vid. MARTIN. *Atl. Sin.* p. 37. a. 56.

Pŏ li. col. XXII. 40.

Vitrum pretioſum fuerit, ex *Boimi* ſententiâ. Sed *Luſitani* ſubdubitant.

Tan hoen biam. Col. XII. 47.

Balſamum ſignificat. Et *Opobalſamum* quidem. Quo ipſo autor innuit, CHAM FUM *Arabiam* eſſe. Ibi enim Balſami arbor quaſi αὐτόχθων eſt. Et antiqua fama eſt, *Regina Sabaa*, cum Salomonis aulam viſitaret, etiam hoc munus fuiſſe, quod vivam *Opobalſami* plantam afferret, unde poſteà Balſami ferax fuerit Judæa. Refert. Flav. *Joſeph.* Antiqu. VIII. 2. (6.) p. m 270. f.

yĕ kuam pie. col. XII. 51.

Noctu lucentes lapides ſignificat. *Carbunculos* Luſitani intelligunt. Sinæ *Yĕ ming* aliàs vocant, hoc eſt, *noctilucos.*

IX. Com-

Digitized by Google

IX. *Commentarius* THEOLOGICUS.

De *Dogmatibus* & *Ritibus* CHRISTIANORUM illius in Sinâ temporis.

Ubi

Obſcuriora tantummodò illuſtrantur;

Controverſa verò, ea præcipuè, quæ *Proteſtantibus* cum *Romanenſibus* intercedunt, *Eccleſiaſticæ* illorum temporum *Antiquitatis* Monumentis, ſicubi opus eſt, & ſi quæ *ſunt*, uti ſunt, hactenus declarantur.

I. DOGMATA.

1. *De Deo.*

DE DEO extrà controverſiam ſobriè agit Autor, cùm altàs, tùm *columnâ primâ*.

2. Sed DEi *vocabulum totô lapide non invenias.* Nam quod col. XVIII. 27. *Dei incarnati* meminit, paraphraſis eſt, non verſio.

Quodque STRABO de nonnullis *Hiſpanorum* meminit, eos *anonymum* quendam *DEum* venerari, id Sinis quoque uſu venire fama eſt. Neque enim vocem ullam habere, quâ *Deum* ſignificent, MARTINIUS *Hiſt. Sin. p. 2.* autor eſt. Æquè ut *Braſilienſes*, *Caraibes* & *Peruani*. *Idololatrica* verò nomina vero Deo tribuere non conveniebat. Alioquin & Chriſtiani Deum *Fŏ* & *Theologiam fŏ kiaó*; *Chriſtologiam* verò *Xĕ kiaó* Sinarum vocabulis appellare potuiſſent. ſed maluerunt Patres *Peruanis* Hiſpanicum *Dios* tradere; & *Japonibus* Latinum *Deus*.

Neque tamen putandum eſt, Deo vero nomen ap. Sinas inveniri non potuiſſe. Etſi enim illorum linguâ, æquè ac noſtris, admirandum illud nomen JEHOVA (Ex. III. 5. VI. 2.) exprimi nequeat; attamen & ipſi Sinæ vocabula habent, quib. DEUM ſignificent & ſignificare poſſint.

A. Ex iis eſt hoc TELI, quod Kircherus iis *tribuit Oed. Æg. T. II. p. 1 pag. 287.* Neſcio tamen, unde?

B. Alterum XANGTI eſt, quod ſummum *cœli terraq; gubernatorem* ſignificat. Vid *Gloſſ. Sacr.* p 57.

Eſt hoc illud ipſum nomen, quod ap. *Marc. P. VENETUM*

Digitized by Google

TUM Natigai legitur, ut in *Gloſſario* demonſtro. *MENDOZA* quoque *Tzautei* pravè ſcripſit, ſi ita ſcripſit. *Ytboga*, Vincentius *Belluacenſis* XXX. 47. *Itoga*, Mandevillanus & Iroga, ap. *Purchaſſ*. T. III. 156.

C. Tertium *Tien chù* eſt, quô toties in *Catechrſibus* deſignatur. ſignificat autem *Cœli Dominum*. Inque eundem ſenſum Deus Phœnicibus Βεελσαμὴν dicebatur, *Philone* autore & *Auguſt*. ad Jud. II. Hoc eſt, ζεὺς ὀυράνιος ἢ ὀλύμπιος, veluti *Dius* in Hiſt. Phœnicum fidem facit & *Lingua* ipſa. Namque & degeneres *Hebræi* (quorum linguam Phœnices q. hæreditariò acceperant) מלכת השמים *Reginam cœli* vocabant numen, quod ſibi confinxerant. Jer. VII. 19. XLIV. 17.

De *uſu* vocis *Tien chù*, vid. Martin. Bell. Tart. PURCHASS. Tom. III. 327. INTORCETT. p. 200. (ubi Tì CEUM chù mendosè legitur.) Deque Sinarum *Rege cœlorum Trigaut*. Exped. ſin. Etiam apud *Kircherum* p. 132. a.

Reges verò communi nomine *Tien çu* h. e. *cœli filios* appellare ſoliti ſunt. Quemadmodum *Ægyptii Pharaones* & *Ptolomæos*. Teſtis *Martinius* & *Kaſim Caxanus*. *Regia edicta* quoque *tienxu* appellant. (col. XVI, 50. XXVI. 14.) h. e. *cœli ſcripturas*.

D. Porrò quartum nomen, quo Sinæ Deum ſignificare queant atque olim ſignificaverint, TAO eſt. Ea λόγον ſignificat.

De quo *Laotang*, ſectæ *Taokiao* conditor, ita ſcribebat: *TAO*, ſive magna ratio, *non habet nomen. Cœlum creavit ac terram; expers figuræ; ſidera movens, ipſa immota. Hujus quia nomen ignoro; Tao, ſive ſummam figurâ rationem, dixerim.* Refert. *Martin.* Hiſt. ſin 117.

E. Quintum *Nicolaus LONGOBARDUS* addit. Scribit enim Sinas Deum *Holy Pao* vocare, hoc eſt, ſanctum Patrem. Refert *Purchaſſius* Part. III. p. 345. Sed *Holy* vox Anglica eſt. Sinæ *xin* dicerent, Latine *Sanctum* dicimus. Longobardus verò alias ſcribit Deum *thaiquu* & *Sciantu* à Sinis vocari, hoc eſt, *Tachu* & *Xangti*.

F. Tandem Autor novum planè & exoticum nomen Sinis obtulit, quod eſt HOLOOY (col. I. 42.) idemq; quod Chaldæum *Eloho*, veluti *Kircherus p. 37. a.* conjicit; *Luſitanus interpres* verò aſſerit. Nec dubito, quin autor *Syrum* Chaldæumvé ܐܠܗܐ *Aloho*, quod *Deum* ſignificat, vel voces ܐܠܗܐ ܗܘ *Hic eſt DEUS* exprimere voluerit. Neceſſe autem habuit Syllabas nonnihil inflectere, quoniam

am Sinæ primam (A) non agnoſcunt. *v. Comm. Onomaſt. pr.* Quare autem Syrum nomen ALOHO autor elegerit, inde factum arbitror, quòd non aliûs quam quæ Syriacè loquebatur, Eccleſiæ Sacerdos ut videtur eſſet, quodque Syri illam vocem pro *eſſentiali & incommunicabili* Dei nomine habeant, ſecus ac Hebræi. Ceterum ex Hebræo etiam *Abiſſini* vocem *Eloha* pro DEO uſurpant, etſi ejus Radicis nullam aliam agnoſcant.

II. Sequitur SS. TRINITATIS *Articulus.* Hanc disertè tradit autor col. I. 32. Repetitque col. v. 12. xxviii. 18.

a. *Subſtantiam* Divinitatis, quam vocat, Sinicè *Xim* appellat. Quod vocabulum Hebraico נפש *Nephes,* quatenus *Animam,* & עצם *Etſem,* quatenus *ſubſtantiam* ſignificat, apprimè reſpondet. Quod enim Hebræi dicunt נפשו *Animam ſuam,* עצמו *ſubſtantiam ſuam,* cum Se ipſos dicere volunt, hoc Sinæ *Xim* dicunt. Vid. Col. iv. 21. xxiv. 38.

b. *Perſonas* v. Divinitatis *Rigò* appellat autor col. I. 33. iv. 17.

Neſcio unde?

1. Sinæ enim Perſonam *Cyn* vocant. Vid. col. xv. 8. xxii. 11.

2. Neque literam R agnoſcunt. (v. diſquiſit. de Chataja p. 72. b.)

3. Sed nec *voces Diſſyllabas.*

Fortè *Luſitanicum* RIO reſpexit, qui hæc ſcripſit. *RIO flumen* ſignificat. Myſterium verò *Perſonæ* Spiritus Sancti *Flumine* ſignificatur Apocal. xxii. 1. Hebræi *Emanationes* vocant. Veteres ἀπορροίας.

III. Hunc ergò DEUM *chin chù* vocat, hoc eſt, *verum Dominum.* Col. I. 40.

Reſpicit verba Apoſtoli 1. Cor. VIII. 5.

II. DE CREATIONE.

SEquuntur OPERA *Trinunius* DEI externa. Quorum Caput CREATIO eſt. Deque hâc iſta ſinis habenda erant: *Deum* ſcilicet, *Cœlum* aliquando *terramq;*, uti *ſtatuiſſet, aperuiſſe,* ſic, ut *Spiritum Originis commoveret, duasq; mutationum cauſas produceret; Omnia verò ex Nihilo faceret, perq; crucem.* Præterea *obſcurum vacuum mutaret, cœlorum polos ordinaret, Solem atque Lunam circumvolverit, diemque & noctem faceret.* Adeò ut meritò *Artifex univerſi* dicatur. Maximè propter *hominis creationem.* Quem cum vellet *erigere,* unà *ornarit* Creator. Quare ab *omnibus Sanctis* ut fons & *ori-*

Digitized by Google

go adoretur. Relegat, qui volet, columnam I. & II.

Jamque autor *Moſaicum Geneſeos Principiũ* exprimere ſatagit. Ecce enim

TYPUM HISTORIÆ

MOSAICÆ	& SINICÆ.
בראשית *In principio.* Hoc eſt, *per Filium*, qui eſt Jeſus Chriſtus. Vid. *Hilar.* in Pſ. II. Facit hic Translatio *Targumica*: בחוכמא *in ſapientia.*	*Per crucem.* Col. I. 44. Vult enim dicere per *CHRISTUM Crucifixum.* Ex verbis Apoſtoli *Eph.* II. 13. ſeqq.
ברא *creavit.* Hoc eſt, condidit *ex nihilo.* Ita enim reſtringenda eſt vox ברא per ſubſtratæ materiæ conditionem. Vid. *Aben Eſra* h. l. ἐξ οὐκ ὄντων ἐποίησεν. 2. Macc. VII. 28. v. Rom. IV. 17. Hebr. XI. 3.	*Fecit ex nihilo.* col. I. 24. Quod *Scopo Monumenti* apprimè congruit, hoc eſt, *Sinicæ*, ut videtur, *Philoſophiæ Elencho.* Vid. *infrà.*
אלהים DEUS.	*Hŏ lô bŏyù.* Col. I. 42.
את השמים ואת הארץ: *Cœlum & Terram.* Hoc eſt, *Cœli terraq; materiam*, ſic *Auguſtinus, Baſilius* &c. *Informem* nempe *lucem & Chaos.* Sap. XI. 28. Phœnices Μῶτ vocabant.	*Duas mutationum cauſas.* Col. II. 1. Hæ conjunctim K'i dicuntur; ſeorſim *ym* & *yam.* Luſitani *virtutes & qualitates* vocant; Commentator *principia.* Suntque *materia & forma*, eodem Commentatore teſte. Vel etiam *cœlum & terra*, quorum illud *Activum* hoc *Paſſivum* rerum principium eſt. Ita Kircherus cum aliis, quos laudat, pag. 32. a.
והארץ *Terra verò,* היתה *erat* תהו ובהו *rudis & indigeſta.*	*Obſcurum vacuum.* Col. II. 3.
וחשך על פני תהום *ac tenebræ tegebant abyſſum.*	Χάος ἐρεβῶδες Sanchoniathon. Luſitani *Abyſſum* vocant & *tenebras.*

 Spi-

ורוח אלהים *Spiritus* item *DEI.*

מרחפת על פני המים *fovens incubabat* aquis. vid. Diſſ. de *N.T. Syriac.* p. 191.

Spiritus Originis. Col. 1. 49. Ita *Chaos* dici Luſitani volunt. Aſt *Spiritum* DEI Moſaicum innui, nemo non videt.

Commovebat ſeſe. Ibid.

Ceterum *QUATUOR Mundi Partes*, quas Creator pacificaverit ſecundum *columnam* l. 47. alii aliter intelligent. De *Partibus* in textu nihil habetur. Quare tàm quatuor *Elementa*, quam *Plagæ* intelligi queant. Sed Sinæ *quinq;* elementa numerant. Hæc nempe, *terra*, *ignis*, *aqua*, *lignum*, *metallum*. *Plagas* intelligi malim. Quas per *Chriſtum pacificandas* fuiſſe, atque *ideò mundum conditum eſſe*, dicere videtur autor.

Hæc doctrina & *neceſſaria* erat & *Methodicæ*.

a. *Neceſſaria* Sinis. Siquidem illi, ſi non *æternitatem mundi* ſtatuunt, ſaltim *infinitam annorum ſeriem* comminiſcuntur ſuprà Biblicam Scripturæ Epocham.

De *Primo homine* ſatis multa habent. Hunc *Pue'n cù* vocant. Ut *Ennius PALUDAM*, *Græci* OAM vocabant, alii PAUSAM.

Sed contendunt, primum illum hominem anno ante Chriſtum 3267551. natum eſſe quaſi ex ovo, & multis millibus poſt natalia cœli. Scaligero teſte annus Chriſti 1614. Chinenſium 884793. fuit. ſed largior eſt Sinarum calculus.

b. *Methodus* convertendarum gentium optimè omnium à *Creatione* incipit. Sic *Prophetæ* egerunt. Vid. Jer. x. 11. Eſ. xl. 21. 26. *Sic Apoſtoli*. vid. Actor. xiv. 15. xvii. 24. Sic Primitivi Patres. Vid. *Tertull.* cõtra Marc. 1. 10. *Auguſt.* Confeſſ. x. 6. &c. Ideoque *Societatis* JESU Patres laudat *Spizelius* in de Atheiſmo eradicando.

Imò quicquid Sinæ de *Creatione* norunt, à Judæis aut Chriſtianis procul dubio acceperunt. Tantummodò malè illud acceperunt. Cumque *ſimultaneam* creationem, quaſi evitarent, *diſcontinuam* commenti ſunt, ut alii illarum terrarum.

a. *Sinæ* enim Mundi tempora in *Duodecim* tribuunt *Bihoria*, uti diem naturalem. ſed hæc Bihoria annis *decies mille* & *Octingentis* definiuntur. Tradunt etiam Cœlum *Mediâ nocte* factum eſſe; horâ *primâ* terram; *ſecundâ* hominem, *ſextâ TAUM* Imperatorem, qui anno

Anno ante Chriſtum 2357. regnare cœpit.

b. *Perſæ* verò Ignicolæ tradunt Deum ſex temporibus mundum creaviſſe. Illa كاهنبارها *Kahenbarha* vocant. Principia illorum temporum ſunt iſta. *Primi* dies undecima menſis decimi, *ſecundi* undecima menſis XII. *Tertii* 26. menſis II. *Quarti* 26. menſis III. *Quinti* 16. menſis VI. *Sexti* 31. menſis VIII. ſeu prima Epagomenarum.

c. *Suidas* quoque, niſi fallor, meminit aliquorum, quorum opinione Mundus intra ſex millia annorum ſit conditus.

III. De S. *Scriptura*, *Lege* & *Evangelio*.

Tradit Autor *Magos* veniſſe, Meſſiæ *munera oblatum*, ut impleretur *antiqua lex viginti quatuor prophetiarum*. Col. IV. 51.

Sunt autem, *Kirchero* judice, XXIV. Prophetæ, ad quos Autor alludit, IV. majores, XIV. (ſic ille) minores, deinde & hi *Octo*: *Abraham*, *Iſaac*, *Jacob*, *Job*, *Moſes*, *Samuel*, *David*, *Zacharias*, *Johannis B.* pater. Malim XXIV. V. T. libros intelligere, de quibus vid. *Laurent. Fabric. Part. Cod. Hebr.*

Deinde commendantur XXVII. Tomi (ſeu libri,) poſt aſcenſionem Chriſti relicti. Col. VI. 22.

Hi autem libri N. T. ſunt. Suntque è recenſione *Kircheri*:

quatuor Evangelia	4.
Acta	1.
quatuordecim S. Pauli Epiſtolæ (ſic *ille*.)	14.
tres Johannis,	3.
Duæ Petri,	2.
Una Jacobi,	1.
Una Judæ Thaddæi,	1.
Apocalypſis	1.
	27.

Ego verò nonniſi *tredecim* S. Pauli epiſtolas invenio. *Decimam quartam* vocat eam, quæ ad *Hebræos* eſt. De quâ etiamnum diſquiritur. *Apocryphorum* Vet. Teſtamenti nulla hîc mentio.

Legem vocat autor *omnem Chriſti doctrinam*. Ipſumque *Evangelium*.

Evangelium enim *lex nova* dicitur. Col. V. 14. lex *ſpiritualis*. 15. *lex trinæ unitatis*. Col. V. 12. *vera vir-*

virtutum lex. Col. VIII. 6. *lex clara*. (19.) *quæq; difficillimè* NOMINARI *poſſit*. Col. II. X. 6. *nominanda tamen coactis*. Col. XXVIII. 14. *nominataq;* YN. (17.)

YN prima vocis انجيل *Ingil* Syllaba eſt. *Ingil* Arabicè Evangelium dicitur. v. *Boim* h. l.

Idem *Kim Kiao* dicitur. *Luſit*. h. l. & quaſi *lux in tenebris*. B.

Porrò bellè ait, legem hanc *ſine Regibus non magnificari*, *nec reges ſine lege evehi*, quin *mundi ornamenta* eſſe, ſi eam propagent. Col. VIII. 22.

Sicque autor ad Pietatem primũ Evangelio amici Imperatoris deſcendit. Col. VIII. 39. de quô, ſicut & de ceteris, ſuô locô.

IV. De *Chriſto* Servatore.

HUnc Autor *Sanctum* vocat. Col. IV. 40. *Clariſſimum*. (22.) *Venerabiliſſimumq;* (23.)

Et propriô nomine *mî xi ŏ* (24.) Quod ipſiſſimum *Meſſias* eſt, Sinicâ flexione.

Judæi Sinenſes *Moſcia* dicunt, uti *Riccius* obſervavit, referenre *Trigautio*.

Autor verò tradit hunc ipſum *unam trium perſonarum* eſſe. (Col. IV. 17.) quæ *in tempore ſeipſam Meſſiæ communicaverit* (Col. IV. 20. XXIV. 37.) quæque *operiendo abſcondendoq; veram Majeſtatem ſimul homo in ſeculum prodierit*. (Col. IV. 25.) vid. *Huſeini* carmen in *Hiſt. Saracen.* ad annum *Hegiræ* 309.

Præterea meminit *nuncii Gabrielis* (Col. IV. 33.) *Virginei partus* (37.) *patriæ*, Judææ. (42.) *Stellæ nunciæ* (44.) *Magorumq;*, quos *Pŏ sú* vocat. (47.)

Magorum magna ad extremam Aſiam fama eſt. v. Vincent. *Beluac*. XXXII. 92. *Haytho*. II. XXVII. XXX. *Abulfaragi*. p. 70. & Hiſtor. Chriſtianiſmi Sinici ſeculo XIII.

Mater CHRISTI *virgo femina* dicitur (IV. 37. 38.) Ita *Boimus* vertit. Sed Sinica verba *xĕ nyù domus feminam* ſignificant. Fallor, an autor illud, נְוַת בַּיִת *Habitatio* domus exprimere voluit, quod eſt Pſ. LXVIII. 13. Potuit etiam verti *Rex cœli femina*, uti *Regina cœli* dudum appellata eſt S. *Maria*. In ipſo etiam *Oriente*. *Severus* Alexandrin. ap. Gvid. *Fabric*. Rudim. ling. Syr. p. 9. *Bethgaza*. ap. *Hott*. topogr. vid. *Luth*. Tom. V. Jen. Germ. fol. 268. Apulejus *Lunam* ita vocat. *Apotheoſin* verò *Mariæ* Hiſtoriæ Evan-

Digitized by Google

Evangelicæ, quàm Sinicè ediderunt quare tàm curiosè annexuerint Societatis Jeſu Patres, non video. *Nos regis mundi Matrem jure Reginam* mundi *appellamus*, ſcribit nonnemo.

Meritum CHRISTI ſubinnuit Autor verbis: quòd *originalem converſionem aperuerit, ut ingredi poſſent homines rationales.* Col. VI. 27. Ideoque ipſum ܦܪܘܩܢ *Redemtorem noſtrum* Syriacè vocat.

Sequitur in textu:

1. *Aperuit trium Virtutum Scholam.* Col. V. 36.

Hæ ſunt FIDES, SPES, CHARITAS. Eſtq; antiqua Virtutum Theologicarum receſſio. 1. Cor. XIII. *Getulii* filiæ tres, *Fides, Spes, & Charitas* dicebantur, quæ cum patre ſub *Adriano* Imperatore martyriô coronatæ ſunt.

2. *Reſeravit vitam, extinxit Mortem.* Col. V. 40.

3. *Appenſus claro die.* Col. V. 44. Ipſâ meridie crucifixum eſſe dicit.

4. *Ut deſtrueret inferni tenebroſi civitates & regionem; Diaboli dolos cum hoc totaliter deſtruxit, directo pietatis navigio, ut ſubirent illuſtriſſimas manſiones animabus ſpiritualibus.* Col. V. 47.

Loquitur de *deſcenſu Chriſti ad inferos*, deq; *beatarum animarum*, quæ antehac defunctæ erant, *liberatione*.

In hanc ſententiam *Sinicum* hoc *Monumentum* laudat ſuprà laudatus *Grabius*. Ac ita quidem, ut vel inde etiam *Catholicum Conſenſum* evincat *ſententia Regia*. Quæ eſt: *animas Patriarcharum, Prophetarum & omnium V. T. Sanctorum, in fide futuri Meſſiæ defunctorum, non protinus in cœlum migràſſe, aut ad beatificam Dei viſionem perveniſſe; ſed in infernum deſcendiſſe, h. e. in ſtatum mortuorum deveniſſe, in quo ob peccatum primi Adæ, quaſi in carcere detentæ, & præ anxio deſiderio & expectatione Chriſti & plenæ redemtionis, quaſi coanguſtatæ fuerint, ſimul tamen ſolatio & gaudio perfuſæ, quiete & pace fruitæ, & certiſſimâ ſpe cæleſtis beatitatis ſuſtentatæ; quo reſpectu idem infernus & ſinus Abrahæ dictus ſit: Et in hunc infernum Chriſtum poſt mortem ſecundùm animam, corpore in ſepulchro tantiſper recubante, in propria perſona deſcendiſſe, mortis & tenebrarum illud regnum deſtruxiſſe, ſanctas iſtas animas exinde liberaſſe, eaſdem ut opima ſpolia reportaſſe, ac adſcendendo in cœlos in cæleſte regnum ſecum perduxiſſe: Atq; hujus deſcenſionis virtute animas piorum ſub novo Teſtamento non amplius in infernum, ſed in cæleſte gaudium à momento ſuæ emigrationis penetrare, cum Chriſto commorari, & beatã vitam vivere.*

Ita

Digitized by Google

Ita ſcil. mentem *Regii* refert ὁ ὑπερ(?)σπιστής. Eamque per omnia confirmatum it.

Sunt autem universè *duo*, quæ circà hanc materiam *obſervare* convenit.

1. Quis *animarum ante Chriſtum incarnatum ſtatus* fuerit?

2. *Qualis* & *quotus* idem CHRISTUS *ad inferos deſcenderit?*

Utrobique ſententiarum ſunt divortia. Sed *Grabius*, uti *Regii formulas* defendit, ita prolixè duo iſta demonſtrare ſatagit. Nempe

1. Neminem adeò ſanctorum ante Chriſtum incarnatum cœlo migràſſe, aut verò converſationis cœleſtis participem fuiſſe.

2. Chriſtum verò θεάνθρωπον *ſecundum animam in infernum deſcendiſſe.*

Prius teſtimoniis cum *antiquorum*, tùm *recentiorum* Doctorum confirmat. *Origenis*, videlicet, *Pamphili*, ſic dicti, *Hieronymi*, *Cyrilli*, *Chryſoſtomi*, *Primaſii*, *Bernhardi* & aliquot veterum *Hymnorum*; *Salomonis Geſneri*, *Meiſneri*, *Gerhardi*, *Arndii*, & recentiorum aliquot *Hymnorum*; *Zwinglii*, *Calvini*, *Bullingeri*, Petri *Martyris*; tandemque Jac. *Arminii*.

Poſterius non *ſacræ* tantùm *Scripturæ oraculis* ſtatuminat, ſed *Patrum* quoque denuò *teſtimoniis*. Poſtque *Thaddæum* Apoſtolum ſecul. II. *Ignatii*, *Juſtini* Martyris, *Irenæi*, III. *Tertulliani*, *Originis*, *Cypriani*, IV. *Euſebii*, *Athanaſii*, Julii *Firmici* Materni, *Cyrilli* Hieroſ. *Ambroſii*, *Hilarii*, *Chryſoſtomi*, *Hieronymi*, V. *Auguſtini*, *Cyrilli* Alexandr. Petri *Chryſologi*, *Gennadii* Maſſil. VI. *Gregorii* M. *Venantii* Fortunati, VII. *Iſidori* Hiſpal. Concilii *Toletani* IV. *VIII.* Joh. *Damaſceni*, *Alcuini*, *IX.* *Strabi* Fuldenſis, Concil. *Arelatenſis IV.* *XII. Bernhardi* Clarævallenſis. Quibus adjungit *Lutherum*, Georgium Principem *Anhaltinum*, Hieron. *VVellerum*, Alex. *Aleſium*, Joh. *Monhemium*, Luc. *Loſſium*, Nicol. *Selneccerum*, Balth. *Meiſnerum*, Joh. *Arndium*, & *Hymnos* quoſdam. Huldricum item *Zwinglium*, reliquosque, qui aſſerant: *animas Sanctorum Vet. Teſtameni in infernum deſcendiſſe.* Maximè, quia in toto *Confeſſionum Syntagmate* Reformatarum Eccleſiarum ne verbulo quidem notiſſima hæc Patrum doctrina notetur; Orientales verò Eccleſiæ planè conſentiant. *Græci nempe*, *Moſcowitæ*, *Suriani*, *Georgiani*, *Maronitæ*, *Armeni*, *Iacobitæ*, *Abisſini*, tandemque *Monumentum* noſtrum *Sinicum*.

Quod autem *Catholicum* in hiſce *Conſenſum* commendat, in eô aliorum Conſenſum vix impetrabit. Variè enim hîc loquuntur *Patres*; variè recentiores *Theologi*; variè *Orientales Eccleſiæ*. De quo nunc

Digitized by Google

nunc non attinet *Iliadem* ſcribere. Teſtis eſt *Formula Concordiæ*, de *recentioribus* Theologis, pag. 613. de *Veteribus* p. 788. Commonſtrat hoc ipſum *Perkinſius* Demonſtrat. Probl. p. 129. & Cathol. ement. p. 137.

6. *In illo tempore cum jam ſucurriſſet, potentia negotia hæc conſummaſſet, ſeipſo elevatus, medio die aſcendit in Cœlum.* Col. VI. 9.

Circà *aſcenſionem* ergò Chriſti *duo* obſervari voluit Autor. *Propriam* aſcendentis *virtutem*, & aſcenſionis *tempus*.

V. De HOMINE.

1. De ſtatu *Integritatis*.

1. *Donavit amabiliſſimam pacificæ unionis ſubordinationem.* (Col. II. 26.)

Ita *juſtitiam originalem* vocat, *Luſitanis, Boimóq;* autoribus. Sed *ſupernaturale Donum* eam ipſam vocarer *videtur*. Quo facit *ornamenti* vocabulum, & *Luſitanorum* PRÆTEREÀ. Sic enim ex horum translatione autor loquitur: *verum creando primum hominem ei prætereà juſtitiam largitus eſt originalem.* Neque diffitemur, terminum *ſupernaturalitatis* Juſtitiæ primævæ ab ipſis *Patribus* applicari.

2. *Præcipiebat quietem fluctibus maris.* (Col. IV. 28.)

Hoc eſt, conſtituebat primum illum hominem *Dominum totius univerſi.* Ita *Luſitani.* Videatur Pſalmi VIII. verſus ſeptimus. De quô tamen alii aliter. Neque putem Phraſin hanc adeò ad *juſtitiam originalem* referendam eſſe, ut illa dicatur *inſtar freni ſuperadditi* fuiſſe.

3. *Erat q; natura hominis, quamdiu integra erat, vacua nec plena.* (col. II. 32.)

Hoc eſt, Erat ſine faſtu, & aſtu, αὐταρκὴς & æquâlis intellectus. Extrà etiam *inordinatos affectus*, quod ſequentia indicant verba.

2. De *Lapſu hominis.*

1. Sequitur *Lapſus*. Hujus Origo *Diabolo* tribuitur. (Col. II. 46.)

Eum *Sö tün* vocat, hoc eſt, *Satanam.* Syri ܣܛܢܐ *Sotono* dicebant. Vid. 2. Cor. XII. 7. Conf. Matth. XVI. 23.

Syram autem vocem denuò adhibet, quòd in *Sinicâ* Linguâ tale quid non obſervâſſet. *Malos* quidem *Angelos* QUEI vocant. Sed proderat *Satanæ* ac *Diaboli* retinere nomina. Quare in noſtras quoque

Digitized by Google

Linguas recepta ſunt. *Draconem non* vocat, qua *Draco* Imperii inſigne erat.

Ceterum ex voce *Sŏ tún* etiam hoc diſces, quod ſyri illi *Dſekopho* (vocalem ſic dictam) non ut A, ſed ut O enunciaverint. Quod multis non placet. Vid. *Schwenter.* Diſp. de Dſekopho. Sunt etiam, qui velint literam *Samech* non ut S. ſed ut SCH; ac literam *Schin* non ut SCH, ſed ut S. in *Oriente* pronunciatam eſſe; Sed ex eâdem voce *Sŏ tún*, & ex voce *Mîx iŏ* contrarium colligitur. Ut & ex voce *Moſcio*, ſuprà pag. 46. a.

2. Is itaque Satanas ex *odio* (col. III. 4.) *dolosè* (II. 50. VI. 51.) & *clàm* (II. 51.) Protoplaſtos ſeduxit.

3. Hinc tandem *trecenta ſexaginta quinq; ſecta.* (col. III. 13.)

Ad hunc textum Kircherus: *Quæ ad literam*, inquit, *minimè intelligenda ſunt. Sed per quandam catachreſin ſeu hyperbolen, tot nimirum ſectas quot dies in anno ſunt, exortas, id eſt, quaſi omni die nova ſecta poſt primi hominis lapſum & originalis juſtitiæ jacturam, prodierit*, pag. 37.

Communis ſcilicet loquendi ratio eſt, *multitudinem* aliquam magnam etiam *numero dierum anni* deſignare. Sic *Babylonii* dicuntur carmine Palmam celebrâſſe, ubi dicatur trecentas & ſexaginta utilitates habere, hoc eſt, tot quot anni Ægyptiaci dies erant. Vid. *Plutarch.* & *Strabo* p. 563.

In comitatu Darii *Magos ſequebantur trecenti & ſexaginta quinque juvenes*, autore *Curtio* III. 7. 52. Qui addit: *Quippe Perſis quoq; in totidem dies deſcriptus eſt annus.* Ferd. Mend. *Pintus* Pequini portas 360. ad numerum dierum anni fuiſſe tradit. p. 199. Sed, ut ineptus ſcriptor eſt, ita & hîc ineptit. Pequini enim nonniſi XII. portæ ſunt, quot menſis anni; dies verò anni ſecundum Sinas non 360. ſunt, ſed 365. Idem pag. 231. *trecentorum ſexaginta Deaſtrorum* Sinicorum meminit, atque iterum circà numerũ dierum anni pererrat.

Ceterum tres illas ſectas Sinicas, de quibus in Diſquiſ. de Chatajâ dixi, in *trecentas* iterum *diviſas* eſſe, *Trigautius* teſtatur, in de Exped. Sin. I. 10. Hoc eſt, multas. Sic *Themiſtius* Iuliano teſtabatur, *trecentas* eſſe *Philoſophorum ſectas.* Vid. *Malat.* p. 88. Sed *Socrat.* IV. 32. Sozom. VI. 36 *de Valente* Imper. & *ſexcentis* Sectis loquuntur.

Alludit etiam Autor ad ſectas in ſpecie Sinicas & earum *differentias* notat. Ut non malè *Kircherus* ſcripſerit: *Monumenti hujus interpretationem ad confutandam infamem & propudioſam Sinenſium* reli-

religionem multum ponderis habituram eſſe exiſtimatum eſſe eo tempore cum reperiretur. Prodr. p. 51.

a. *Aliqui* (ita Texto) *monſtrabant res creatas pro credendo principio.* *Cõfutianam*, puto, *ſectam* intelligit: Quæ de *rebus naturalibus* & *moralibus* curioſè diſputabat, DEi vix meminerat. Hæc eſt, quæ *Iukiao* dicitur, & *Literatorum*.

b. *Aliqui vacuum habebant pro origine duarum cauſarum.*

Huc *Bonziorum ſecta* referenda eſt. Quæ Democriticas & Pythagoricas opiniones fovebat. Hæc eſt, quæ *Xekiao* dicitur.

c. *Aliqui præſtabant ſacrificium ad accerſendam fortunam.*

Tales *Epicuræi Sinici*, quorum ſecta *Taokiao* dicitur. *Sacrificia* Sinis uſitata fuiſſe exempla docent. Vid. *Martin.* Hiſt. Sin. p. 20. 85. *Opinio operis operati* hîc reprehenditur.

3. De ſtatu Reſtaurationis.

PErgit autor, & ad *Incarnationem Chriſti* deſcendit, *reſtitutaq;* per ipſum *ſalutis* doctrinam.

1. *Perſonarum trium una.* Non *prima*. Quod moneo, quia vocula *yĕ* tàm *primitatem* quàm *unitatem* & quævis utriusque cognata ſignificat. Etiam propter *Patripaſſianos*. ſimilis locutio Col. VII. 55. *Septem dierum uno.* Ubi tamen non *UNO*, (*cardinaliter*) ſed *primo* (ordinaliter) vertendum eſt.

2. *Communicavit ſeipſam clariſſimo Mixĭō*, ſeu *Meſſia*.

Hoc eſt, Filio Mariæ, qui porrò *Meſſias*, hoc eſt, Deus homo dicendus erat. Eandem *Phraſin* video column. XXIV. 37. ſenſum verò *Phil. II. 6.* & ſeq.

3. *Operiendo abſcondendoq; veram majeſtatem.*

Huſeinus Manſorides, Goſſipiator quidam, in carmine, propter quod *Muctadiri*, Chalifæ Mohammedici, juſſu crucifixus eſt:

Laus ei qui manifeſtavit humanitatem ſuam, celavit inter nos divinitatem ſuam permeantem.

Donec cœpit in creaturâ ſuâ apparere ſub ſpecie edentis & bibentis.

De quo non eadem fuerunt judicia. Quidam de *Divinitate* exponebant, quam ſibi ipſe vendicaret; quidam de *Unione Dei & hominis Spirituali*; quidam de *Divinitate Chriſti*. Sed quoniam *fanaticas opiniones* ſpargebat, inter quas & hæc refertur: *Benedictus, qui poſſidet lucem radiantem cujus radiatio lõgè ſe diffundit*, quã paſſim perſcribebat, ac prætereà miracula mentiebatur, accuſatio prior non vana fuiſſe videtur.

4. *Simul homo prodiit in ſeculum.*

Vox *ſimul* humanitatem divinitati unitam deſignat.

5. *Spiritus de Cœlis ſignificavit lætitiam.*

Loquitur de *Gabriele* Angelo.

6. *Virgo fœmina peperit ſanctum.*

Vid. Luc. I. 35. Vocula *Xë* vel character ejus, qui hoc loco eſt, non *virginem* ſed *Domum* ſignificat. Vid. p. 46. b.

Reliqua ſuperius expoſita.

1. *Gubernavit familias regna cum magna doctrinâ.* Col. V. 5.

Intelligit *tribus Iſraeliticas. Mundum,* Luſitani.

2. *Locutus trinæ unitatis puram ſpiritualem ſine verborum ſtrepitu novam legem*, *Evangelium* putà, de quo ſuprà.

3. *Perfecit bonos mores cum directâ ſide.*

Quia *caritas ſidem* ſequi debebat.

4. *Ordinavit octo finium & beatitudinum loca & gradus.*

Tú locum terramque ſignificat. Quæ illa *octo loca* ſint, alii dicant. Reſpicit autor initium capitis quinti Evangelii Matthæi, ubi D. JEſus *Macariſmos* octo habet, quas *Octo beatitudines* vocant, quæque quaſi *octo mundi Paradoxa* ſunt.

Reliqua partim ſuperius expoſita ſunt, partim inferius exponenda.

Ad *reſtitutam* verò *ſalutem* pertinent illa, quæ autor porrò habet de *morte*, *reſurrectione*, *aſcenſione* Chriſti; deq; *Baptiſmo* & ſimilibus.

VI. De SACRAMENTIS.

Sed *Sacramentorum* nonniſi *duorum* meminit Lapis.

1. *Baptiſmus.*

a. *Lex lavacri aqua ſpiritus* dicitur. Col. VI. 34.

b. Baptiſmo *duo* tribuuntur: Prius, quòd *ſuperſiciem abluendo exornet*, Poſterius, quòd *ſpiritum interius dealbet purificando.*

S. *Petrus* verò de *Baptiſmo* hic habet: *Non quo carnis ſordes abjiciuntur, ſed ſtipulatio bona conſcientia apud DEum.* I. Petr. III. 21. Vid. de *Joh. Baptiſta Joſeph.* XVIII. 7. (10.) Conf. *Luſit.* Paraphraſis.

c. Meminit porrò *CRUCIS* & *EXORCISMI*, quæ in Baptiſmo uſitata fuerint.

1. *CRUCEM xë çú* vocat. Hoc eſt, *denarii figuram.* Eam *in quatuor*

tuor mundi partes diduci tradit. Quare? *ut omnes abſq; exceptione comprehendat.* Luſitan.

2. De *Exorciſmô* in *Boimi* Verſione vix umbra eſt; in Luſitanicâ nihil. Sed vocula *mô* etiam *Diabolum* ſignificat. Quare ſequentia textus verba ſic quidem verterem: *ad congregandos & pacificandos ſine labore pulſant Diabolum, timoris, pietatis, gratitudinisq; vocis perſonando.* Totus certè contextus docet, Exorciſmum reſpici: Aut quid illud foret: *Ad pacificandos ſine labore pulſant Ligna?*

De *Baptismali Crucis Uſu* Cyrillus Hieroſolymitanus teſtis eſt. Vixit autem circà annum Chriſti 350. v. *Not.* ad Epiſt. Moſ. Marden. p. 35.

Baptismalis etiam *Exorciſmi Uſus* ſeculo ſeptimo vel octavo longè antiquior eſt. Vid. *Tertull.* l. de coronâ militis. *Nazianz.* orat. de Bapt. *Cyrill.* Catecheſ. I. *Ambroſ.* de Sacram. l. 5. *Auguſt.* de pecc. orig. II. 40. de Nuptiis II. 18. 29. de F. & O. cap. 6. de peccatorum meritis & rem. c. 34. contrà Julian. VI. 2. Epiſt. 105. Gregorius, Beda. Adde *Rituale Severi*, Patriarchæ Alexandrini. Vixit ille ſeculo VII. uti *Genebrardo* videtur.

II. *Sacramentum Cœna* θυσίαν olim ſeu *ſacrificium* dictum fuiſſe, nemo eſt, qui neſciat.

Quare, quod Autor *Sacrificiorum Chriſtianorum* meminit, non aliter quàm de *Dominicâ Cœnâ* intelligi poteſt.

Meminit autem col. VII. 2. VIII. 1.

Additque adeò *duo*, quæ circà Sacramentum hoc obſervari ſolita ſint. Primum: *ſacrificâſſe Chriſtianos primævos ſeptem dierum primo, purificâſſe* etiam *Corda aversiones peccatorum abſolvendo.* Alterum: *ſacrificando Orientem reſpexiſſe vitæglorioſæ iter.*

Duo ergo illa ſunt: *Sabbathum Chriſtianum* & *Orientalis* plagæ inter ſacras actiones *reſpectus.*

De *Sabbatho.*

Sabbathum *Judaicum* feria ſemper ſeptima erat: *Chriſtianos* verò, ipſosque *Apoſtolos*, tàm *primam* quàm *ſeptimam* obſervâſſe facilè doceri poteſt.

Septimam ſcil. feriam, quam *Saturni* vocamus, propter *Neophytos Judæos* celebrabant. Act. XIII. 44. XVI. 13. 1. Cor XVI. 8. Quare? ut omnibus omnia fierent, 1. Cor. IX.

Digitized by Google

19. ſ. conf. Act. xxi. 20. ſ. *Primam*, quam *Solis* dicimus, in *reſurrectionis* memoriam. Quare *Domini dies* dicitur Apoc. i. 10. Exemplum *Eucharistiæ* hâc quidem die celebratæ Act. xx. 7. habemus; *Eleemoſynarum* verò eâdem die collectarum (quod aliàs ſabbathis Judaicis fieri ſolebat.) 1. Cor. xvi. 2. Inde factum, ut in quibuſdam Eccleſiis tàm *Saturni* quos *Solis* dies ſacra fuerit atque etiamnum ſit. Teſtantur hoc

Conſtit. *Clement.* xvii. 24.

Lex *Conſtantini:* non debere accuſari quemquam tàm die Saturni quàm Solis.

De *Abyſſinis Ludolphus* Not. ad Confeſſ. Claudii n. 7. & Lexic. 138.

De *Melchitis Brerew.* Scrut. Relig. cap. 16.

De *Armeniis* Phil. â S. *Trin.* V. 5.

Requirebant hoc *Sabbatharii*, ideò ſic dicti. Idem deſiderabat in Chriſtianis noſtratibus *Rogerius Bacon*, celebris ille Franciſcanus, teſte J. Fr. *Pico* de rerum prænotione V. 7. Eodem inclinat *Curcellæus* in diatribâ de eſu ſanguinis, cap. 6. Vid. *Quiſtorp.* pia deſid.

Solennius tamen Dominicam celebratam eſſe ab iis qui dicti ſunt, ſatis ſuperque conſtat. Imò nonniſi *Paraſceve* fuit Saturni dies. Quod item aliàs etſi parcius obſervari ſolitum eſt.

Quare non mirum eſt, quod Chriſtiani ſinenſes (niſi autor de quibuſvis loquitur) *die Dominico ſacram* celebrarent *Cœnam*.

Sed ſingulis Dominicis celebraſſe non lego hîc. Quare Kircherus fruſtrà addit: *Innuunt*, inquit, *hæc verba, ſacrificium Miſſæ ſingulis diebus ſeptenis, id eſt, Dominicis peractum* p. 39. b.

Neque tamen neſcio illud *Auguſtini* de Dogm. Eccl. c. 5. quod Chriſtiani olim aliquando ſingulis Dominicis communicaverint.

De *Orientis* inter ſacras actiones *Reſpectu*.

Inter capitales Religionum diſcrepantias etiam illa eſt, quod alii ad alias mundi plagas ſeſe converſunt adoraturi.

a. *Septentrionem* reſpiciebant.

1. Tartari, vel Chataji, teſte Rubruquis.

2. Sabii, Nedimio teſte.

b. *Auſtrum, Mohammedani.*

c. *Occidentē* Judæi ab antiquô reſpiciunt, voluntque traditionem Abrahami eſſe. v. Majm. l. c.

Oriens verò abominabilis erat illis, Vid. Ezech. viii. 15. ſ.

d. *Orientem* verò reſpiciebant.

1. Sabii, teſte *Majmon.* More Neboch. III. 45.

2. *Genti-*

Digitized by Google

2. *Gentiles* alii plures, teſte Tertull.

3. *Chriſtiani Veteres.* Cujus tot ſunt teſtimonia, ut fruſtrà ſit, qui omnia laudare velit, poſtquam à multis haud ita pridem recenſita ſunt. Hoc certum eſt, obtinuiſſe hunc ritum jam tùm *Clementis* Alex. *Tertulliani* & *Origenis* temporibus. Ut minimè recens fuerit.

Cauſas alii alias tradunt.

1. Idololatræ etiam inde *Idololatriæ* notam Chriſtianis impingere ſatagebant. Quippe, qui Solem adorarent.

2. *Chriſtiani* ipſi *Veteres* non unam afferebant rationem, quare Orientem adoraturi reſpicerent. Ut & *recentiores.*

Quidem *Scripturæ textus* laudabant. Duos nempe iſtos quaſi parallelos. Pſal. CXXXII, 7. Zach. XIV. 14.

Alii *Apoſtolicam traditionem.*

Alii quod *Symbolum* eſſet,

Sive DEi, lucis intelligibilis, & veræ.

Sive CHRISTI, Solis Juſtitiæ & orientis ex alto.

aut in oriente nati,

Aut ab Oriente intuentes reſpicientis, cum crucifigeretur.

Aut verſus Orientem aſcendentis.

Aut per Evangelium mundo orientis.

Aut ex oriente ad judicium redituri.

Sive *Spiritus Sancti,* qui oriente die ſuper Apoſtoles deſcenderit.

Sive *Paradiſi,* quæ ad orientem fuerit. Huc verò facit quod autor orientem *glorioſæ vitæ* iter vocat.

3. Ego verò *ritum* iſtum vel inde natum eſſe puto, quòd primævi Chriſtiani, ut à *Judæis* tantò magis diſtarent, Judaicis ritibus è *diametro* ſuos oppoſituri eſſent. Vid. *VOSS.* Idol. II. 3. *Urſin.* qq. Bibl. III. 8. *Voetius* Diſp. Select. P. III. *Tarnov.* in Joh.

Videntur etiam Priſci Hebræorũ ad orientem adoraſſe, ſerius ad *Occidentem*, poſtquam *Ægyptios* & *Sabios* aut *Cananæos* (quorum ritibus pleræque leges Moſaicæ oppoſitæ ſunt) ad orientem precari adverterent.

Quare enim orientem קדם vocant, hoc eſt, *anticam*, occidentem אחור hoc eſt, *poſticam*, meridiem ימין hoc eſt *dextram*, ſeptentrionem שמאל hoc eſt, *Siniſtram*? Quia ſcil. qui ad orientem faciem flectunt, *occidentem* utique ponè habent, *Meridiem* à *dextris*, *ſeptentrionem* à ſiniſtris.

Quomodo verò Sinæ *ad Orientem* adorare potuerint, qui *extremi* ori-

Digitized by Google

orientis ſunt incolæ, ex iis colliges, quæ autor libri *Cuſri* habet P. II. §. 19.

De *Sacramento cœnæ.*

Ad ipſum redeundum eſt ſacramentum. De quô, quomodo *Kircherus* Monumenti teſtimonium intelligat, ex ipſius intelligamus verbis. Sic autem ſcribit, *pag. 39. & ſequ.*

De Sacrificio Miſſæ.

SEptenis diebus ſemel ad animam à peccatis purgandam ſacra faciunt. *Innuunt hæc verba, Sacrificium Miſſæ ſingulis ſeptenis diebus, id eſt, Dominicis peractum. Sacra autem, quæ hîc nominantur, idem in lingua Sinenſi, ac Sacrificium ſignificat; undè rectè inferre poſſumus, Divini verbi propagatores in Sina, Miſſæ Sacrificium ſingulis ſeptenis diebus, id eſt Liturgiã, ſive incruentum corporis & ſanguinis Sacrificium peregiſſe, juxta ritum omnibus Orientalibus Eccleſiis vel à primitiva Eccleſia uſitatum, quarum (teſte* Ecchelenſi citato Libro) *ſupra quinquaginta, apud Orientales, partim communes, partim ſingularum gentium propria numerantur: quarum prima & ſemper ſummè æſtimata fuit S. Jacobi Apoſtoli, ad cujus normam reliqua poſteà inſtituta ſunt, partim ab Apoſtolis reliquis, SS. Petro & Joanne, Marco, Dionyſio, Romanis Pontificibus & Eccleſiæ Doctoribus. De Liturgia S. Jacobi ita* Maro Syrus, *qui inter quintum & ſeptimum ſeculum vixit, ſcribit:*

ܗܢܐ ܐܝܬܘܗܝ ܩܘܪܒܐ
ܕܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܫܠܝܚܐ
ܕܩܕܝܡ ܠܟܠܗܘܢ
ܩܘܪܒܐ ܘܥܠ ܗܘ
ܠܟܠܗܘܢ ܡܬܬܩܢ ܗܘܘ
ܕܩܘܪܒܐ

Id eſt, Hoc eſt principium Liturgiæ Divi Jacobi Apoſtoli, qui omnium Liturgiarum antiquiſſima eſt, ideoque juxta illius ordinem ſuas inſtituerunt reliqui. *Quoniam verò in Sacrificio verum corpus & ſanguis Chriſti offeruntur, ſequitur ſanè hoſce Orthodoxos in Sina Evangelii propagatores, dum ſingulis ſeptenis diebus Sacrificium peregerunt, in eo pariter, juxta Orthodoxa Eccleſia Orientalis, vel ab ipſis Apoſtolis continuatum ritum, verum corpus & ſanguinem Chriſti obtuliſſe; cum nulli unquam ex Ori-*

Orientalibus Eccleſiis, de hujuſmodi, niſi hæreticis, dubium fuerit: quæ omnia quàm fuſiſſimè ex Liturgiis Syrorum, Chaldæorum, Arabum, Coptitarum, Æthiopum, Armenorumque *comprobari poſſent, ſi res Orientalium rituum peritis non pluſquàm notoria foret, aut inſtituti mei ratio id permitteret. Certe* S. Petrus Epiſcopus *Sebaſtes Baſilii Magni & Gregorii frater, qui rogatus ab infidelibus, quod dum ſacra faceret, id eſt, Sacrificium Miſſæ, verum putaret Chriſti corpus & ſanguinem ſe efficere? Reſpondit his verbis:* Cum ſtat Sacerdos orans coram Altari, ſeu Miſſam ſacram faciens, tunc formâ verborum dictâ, quam Chriſtus Apoſtolos ſuos docuit, præcepitque ut eam traderent ſuis ſucceſſoribus: tunc, *inquit,*

وتنزل روح القدس التي
تبارك القربان
وتصير الخبز لحما
بقدسها وقوتها وتصير
مزاج الخمر

Id eſt, Deſcendit Spiritus ſanctus ſupra oblationem iſtam, efficitque panem carnem ſua ſanctificatione & virtute, ac vini & aquæ temperamentum efficit ſanguinem. *Et paulò poſt:*

ولكن يصير كله
لحما ودما مقدسا
بروح القدس

Id eſt, Sed fit caro & ſanguis ſanctificatus in Spiritu ſancto. *Hiſce aſtipulatur* Dionyſius Barſalibi Epiſcopus Amed Syrus, c. 1. Comment. ad Liturgiam S. Jacobi, *poſtquam de variis Sacrificiorum generibus locutus eſt, his verbis:*

ܡܛܠ ܐܦܠܐ
ܕܢܣܟܐ ܡܥܕܢܐ ܒܚܡܪܐ
ܘܒܣܘܟܪܢܐ ܐܬܠܘܗܝ
ܦܓܪܗ ܕܒܪܗ ܕܐܠܗܐ
ܘܗܘ ܒܗ ܗܘܐ ܐܬܠܘܗܝ
ܦܓܪܐ ܕܡܫܝܚܗ ܗܘ
ܕܢܣܒ ܡܢ ܡܪܝܡ
ܘܗܘܐ ܕܢܦܫܐ ܡܠܝܠܬܐ
ܡܠܒܫ

Id eſt, Dicimus itaq; panem hunc cœleſtem in veritate & effectu eſſe corpus Filii Dei, & illum eundem dem eſſe corpus perſonæ illius, quod aſſumpſit ex Virgine Maria, & factum eſt ſacrificium in Cruce pro nobis. *Quæ omnia approbat* Abedjeſu Chaldæus Babylonius tract. 4. Margaritarum c. 5. de Sacrificio *apud* Petrum Strozam, lib. de Myſteriis Chaldæorum & Babylonicæ Eccleſiæ cum Romana unione. *Sed hæc de Sacrificio Miſſæ dicta ſufficiant.*

Hactenus *KIRCHERUS*. Atque ita ille tum *textum* declarat, tum *declarationem* confirmat.

a. Circà *Declarationem* obſervandum puto:

1. in Textu non reperiri, unde ſolidè probari queat, *continua per ſingulas Dominicas Eucharistiæ celebratio* ſive ſingulorum ſive aliorum ſemper communicantium.

2. *Sacra*, (quam vocem Luſitani adhibent,) & *ſacrificia* (quam vocem *Boimus* reponit) non ita ſtrictè *Sacrificium*, nedum *incruentum*, vel corpus Chriſti Euchariſticum, ſignificare. *Tres* enim ſunt *voces*, quibus *ſacrificii* ſignificatio tribuitur: *Sú* nempe, Col. III. 40. *li'*, col. VII. 2. *ſyen'*. Col. VIII 1. Vocula *sú Sacrificia* ſignificat *Cruenta*, ipſis paganis uſitata. *Li* quamvis oblationem ſed allegoricè dictam. *Preces*, verbi cauſa. Idque in eôdem hôc monumento, col. VII. 49. *Syen'* ſacra communiter notat, non ſolam Euchariſtiam aut quamvis aliam.

3. Chriſtianos ergò ſinenſes ſacrâ celebrâſſe Synaxin equidem non nego. Vid. *Diſquiſ.* de Chatajâ p. 69.

Aſt, quod *Sacrificium* appellaverint, quodque putarint, ſe ita verum corpus & verum ſanguinem obtuliſſe, ut Euchariſticus panis per *Transſubſtantiationem* talis evaſerit, equidem non invenio.

b. Imò circa *ſingularem* poſterioris hujus declarationis *Confirmationem* deprehēdo, neque illam ſatis fundatam eſſe in *Liturgiis* & reliquis, quæ laudat, *Teſtimoniis*. Quâ de re ad mandatum ſuperioris in peculiari ago Syngrammate.

VII. De *ſtatu poſt Mortem*.

Nuſquam omnes boni poſt hanc vitam niſi in cælo cum Chriſto: Nuſquam omnes mali niſi in inferno. Verba *Rabani* Archiep. Moguntini.

1. *Cælum* hoc Autor *illuſtriſſimas manſiones* vocat. Col. VI. 5. ſeu *Gloria Palatia*. *Mîn* enim *gloriam* ſignificat; *Cum'*, *Palatia*. Un-

Digitized by Google

Unde *Pan cum* dicuntur maximæ naves, hoc eſt, lignea palatia.

2. *Infernus* vide *ngan' fù* dicitur, hoc eſt, tenebrarum metropolis. Col. V. 49.

In *Catecheſi Sinica* Cœlum *tie'n ta'm* dicitur, hoc eſt, *Cœli turris*; infernus *t'i yò*, hoc eſt, *terræ carcer*. Neque ibi plurium fit mentio locorum.

3.4. Sed in *Monumentô* noſtrô non ad *limbum* duntaxat *Patrum* alluditur. *Col. VI. 1.* Sed *Purgatorium* quoque accuratè deſcribitur. Dicitur enim *locus igneus purgandi pulveris perficiendæ integritati*, *Col. V. 31.*

PURGATORII vocem vocisque *ſenſum* ante Monumenti Sinici ſtructuram in ipsô Chriſtianiſmô notam fuiſſe, non eſt, quod probem, ubi nemo neſcit.

a. *Purgatorii* vocabulo quæ reſpondeant non pauca ſunt *Mohammedanis* uſitata. Nempe

1. اعراف *Aarâf.*

Eſt hic titulis capitis VII. Alcorani. Atque ibidem verſu 35. & 37. in textu legitur. Commentatores unanimiter tradunt, *locum* deſignari, qui ſit *inter Paradiſum & infernum* medius. Vide *Andreæ Ryerii* notas ad verſ. ipſius Alcorani Gallicam; *Hottingeri* Biblioth. Orient. p. 110.

SADIUS Schirazita in Roſario Perſico cap. I. p. m. 65.

حوران بهشتي را
دوزخ بود اعراف
از دوزخيان پرس كه
اعراف بهشتست

Paradiſi virginibus Purgatorium (Aarâf) eſt infernus (Duzach; Armenicè Dzuch.)

Infernales interroga (reſpondebunt) *Aarâf Paradiſum* (eſſe.)

2. برزخ *Berzach.* Ita Arabes quamvis *intercapedinem* vocant. Peculiariter verò *ſtatum animarum poſt mortem ad reſurrectionem usq;.* Vid. *Pocock.* Not. ad Port. Moſ. p. 249.

3. *Almahad.* vid *Bellunenſ.* in Avicenn.

4. صراط *Serat, vel Sirat.*

Pons infernalis eſſe dicitur. Vid. *Hacſpan.* Mohammed. Fid. & Leg. poſit. 5. *Hotting.* Hiſt. Orient. 255

Digitized by Google

ed *Chriſtiani Orientales* illis Vocibus nunquam uſi ſunt.

Ecchelenſis quoque concedit, eos *nomen non habere*, quo *Purgatorium* denotent. *Hanc veritatem*, inquit, *omnes agnoſcunt Orientales Chriſtiani, quicquid ſit de nomine in quo hærent noſtri temporis nugatores*. Sed hærere illos, non eſt mirum. Hæret enim ipſe, qui in ipſo natus erat Oriente, & Orientalis Ecclesiæ aliquamdiu Membrum.

Ego verò putem, Orientalibus vocem non defuiſſe, qui *Purgatorium* ſignificare vellent.

Ipſi Sinæ in Monumentô noſtrô *Periphraſi* illud deſignant. Ac ſine illâ compendioſius potuiſſent. Maximè ſi Sinæ Pagani *Purgatorium confiterentur*, quod *Mendoza* ſcribit. I I. 6.

Armeni verò Purgatorii ſenſum quidem rejiciunt. Teſtis eſt Thomas à *Jeſu* VII. c. 17. Attamen vocem habent, quâ illud exprimant. Hanc nempe * *Koaran*. Cæterorum Linguæ haudquaquam pauperiores ſunt. Vid. *Entellum*.

b. ſed Orientalibus Chriſtianis Purgatorium vel talequid creditum eſſe, nec omninò negari, nec omninò affirmari poteſt.

Sunt eorum variæ ſectæ, ſectarumque multæ vices.

Sectas Orientalium alii *ſeptem*, alii *undecim*, alii plures numerant. Nos Nationalia diſtinguamus *nomina* à *Confeſſionalibus*. Si *Confeſſionalia* ſpectemus, nonniſi tres præcipuè ſectæ ſunt: *Græca*, *Jacobitica* & *Neſtoriana*.

a. *Græca* adhærent *Græci*, *Suriani*, *Ruſſi*. Sic & *Melcitæ*. Ita enim aliàs dicuntur Græci. *Orthodoxos* ſemper vocat Erpenius in verſione Lat. Hiſtor. Saracen. vid. *Sionit*. de Urbib. Orient. cap. 14.

b. *Jacobitiſmo*, nomen dederunt *Abiſſini*, *Coptitæ*, *Maronitæ*.

c. *Neſtorianiſmo*, *Chaldæi*, *Armenii*, *Indi*, quos Chriſtianos S. *Thomæ* vocant, & *Malabaricos*.

Ex his *Purgatorium* alii negant vel negarunt, alii affirmant.

e. g. *Abiſſini* affirmant, ſecundum tres illos Abiſſinos, quorum Schedulam *Nibuſius* laudat. progr. p. 43. ut & *Kircheri Diatriben Æthiopicam*, de *Purgatorio*, quam *Explanationi Tabulæ Sinicæ* inſerendam promiſerat. Negant ſecundum eos, qui nôrunt *Abiſſinos* & *Coptitas* in plerisque dogmatibus convenire. *Coptitæ* verò negant ſecundum Thomam à *JEſu VII. I. 23*.

Negant etiam *Armenii* ſecundum eundem. Negant *Græci* ſecundum Concil. *Florent*. Negant *Ruſſi*, ſecundum *Sacranum*. Negant *Jacobitæ*, ſecundum Thomam à *IEſu VII. I. 23*. Negant *Melcitæ* ſecun

cundum *Villamontium*, & Gabrielem *Sionitam*.

Quid autem quæque Secta ſive affirmaverit ſive negaverit iis temporibus, quibus liberiores erant, ex *Patriarcharum* & *Metropolitarum* proculdubio *Profeſſionibus* colligi poteſt. Jamque alii *Melcitæ* erant, alii *Iacobitæ*, alii *Neſtoriani*. Ex his nulla pars *Purgatorium* agnovit. Quare, ſi qui ſuæ his Paſtoribus aliquam Purgatorii opinionem vel foverunt, vel ſparſerunt, nonniſi privatū fuerit ejuſmodi teſtimonium.

Deficientibus verò publicis Orientalium de *Purgatorio teſtimoniis*, tale quid ex *Oratione pro defunctis* probare ſatagunt. Ita enim *Ecchellenſis*: *Certiſſimum id eſt, ut de reipſâ agamus, de nomine nihil curantes; eò tendunt omnia Defunctorum officia, eò liturgiæ, eò Eleemoſynæ & ſuffragia non ſolum fidelium, ſed & infidelium, ipſo naturæ inſtinctu impellente.* (p. 58.)

ſimiliter *Kircherus*: *Proinde*, inquit, *vel ex hoc Monumento Heterodoxi Veteris Eccleſiæ cum modernâ conſenſum diſcere non erubeſcant. Precari enim pro defunctis* (ut paulò poſt ſcribit) *idem eſt ac Purgatorium credere.* p. 39. b. Ideoque *Orationes* quasdam *pro defunctis* affert. Non ex *hymnô* tantùm *Syriaco* & Conſtitutionibus, quas vocat, *Melchitarum*, *Maronitarum* & *Coptitarum*: Sed & è *Mohammedani* cujuſdam libro, quem *Subtilitatum* vocat. De cæterô ad *Abrahamum Ecchellenſem* provocat, ejusque notas in *Catalogum librorum Hebedjeſu*. Ac ad *Syrorum, Chaldæorum, Coptitarum, Arabum, Æthiopum, Armenorum, Græcorum, Latinorum deniq;* *Officia*, *Liturgias*, *Eleemoſynas* & *ſuffragia*, quippe quæ omnia eodem tendant.

Hic verò *primùm* mirari ſubit, qui Kircherus, poſtquam *Mohammedani* teſtimonium reliquis ſuccenturiatus eſſet, immediatè ſubderet hæc verba: *Ut vel ex hiſce paucis pateat omnium Eccleſiarum Orthodoxarum de Purgatorio conſenſus.* Ergóne *Mohammedani Orthodoxi* ſunt? An, quia *Purgatorium* agnoſcunt, & pro *defunctis orant?* vid. *Hott. Compend. Theatri* p. 62. 63. H. E. XI. 447.

Deinde non neceſſariò ſequitur *Purgatorium* ex *Oratione* pro defunctis. vid. *Scal. ad 1. Cor. XV. 29.* imò *Salmeron*, T. XIV. Diſp. XXV. p. 220.

Tertiùm non parum ambigendum eſt de Teſtimoniis, quæ ex *Abrahamo Ecchellenſi* afferuntur, & hic inſuper affert in *notis ad Catal.* quem dixi, *capit. LX.* & in *Epiſtolâ ad Nihuſium*. Vid. Nihuſ. Progr. p. 41. ſ.

II. RITUS.

SUperſunt *Ceremoniæ*, quibus Chriſtiani Sinæ uſi ſint. *Sacerdotes* maximè.

a. *Habitus.*

Hîc verò Autor *Sacerdotum habitum* impensè deſcribit. Ait:

1. *Nutriunt barbas, quia habent extrà converſari cum aliis.* Col. VII. 7.

v. Concil. *Carthag.* IV. can. 44.

2. *Circumradunt ſummitatem verticis capitis, quia carent ad intra affectibus Paſſionum.* VII. 13.

Tonſuram Clericorum *Anicetus* Papa inſtituiſſe ſcribitur. Vixit ille circà annum Domini 170. Vel *Vitalianus* autor erat, qui circà annum Domini 660. Romanæ Eccleſiæ præfuit. Sed Seculo VIII. schiſma agitabatur de tonſuræ clericorum ſatis virulentum. Vid. *Uſſer.* Antiqu. 921. ſ. confer. Concil. *Tolet.* IV. 40. *Iſidor.* offic. Eccl. II. 4. *Clem.* Alex. Pædag. III. 11. *Optatus* Milevit. Contra Parmen. *Hieron.* in Ezech. XLIV.

Sed *in Oriente* quoque tonſura hæc maturè uſitata fuit. *Jacobi* Apoſtoli exemplo fieri *Germanus*, Patriarcha Conſtantinopolitanus, confidenter ſcribit. *Beda* Orientalium tonſuras *Paulo* Apoſtolo acceptas ferendas putat. Vid. Epiſtolam *Aniceti* Tom. I. Concil. Morin. de Sacr. ordinat. Exerc. XV.

b. *Horæ Canonicæ.*

Sequitur in textu: *Septem vicibus offerunt laudis orationes magno adjutorio vivorum & mortuorum.* Col. VII. 47.

Alludunt (inquit Kircherus) *tùm ad ſeptem Horas Canonicas tum ad orationes pro animabus in Purgatoriò detentis inſtitutas.*

Imò non *alludunt*, ſed expreſsè hoc ipſum affirmant.

a. De *antiquitate orationum pro defunctis Originem, Cyprianum, Chryſoſtomum, Auguſtinum* conſulat, qui volet.

b. *Septies* de die Deum orare, antiqua item conſuetudo eſt.

c. *Iejunia.*

Iejuniorum uſum non tantum laudat autor in Sacerdotibus, ſed & *Scopum* indicat. *Ut ſubjiciant,* inquit, *intellectui ſcientiam & perficiant, vel ut quietent timoris paſſionis propter fortitudinem.* Col. VII. 36.

Poſterius membrum *Luſitani* aliter intelligunt. *Iejuniorum uſum* longè antiquiſſimum eſſe in ipſâ Eccleſiâ Chriſtianâ, oppidò notum eſt.

Sic & *Scopus* atque *Fructus.* Quare non opus eſt *Teſtimoniis.*

d. Can-

Digitized by Google

d. *Candida.*

Albis veſtitos fuiſſe ſacerdotes illos Chriſtianos, *Col. XXIV. 3.* ſubindicat.

Chriſtiani olim vulgò *Cādidati* ſeu *Albati* dicebantur, cum à *ſeipſis* tùm ab infidelibus. vid. *Gloſſ.* Sacr. p. 51. & *Comment.* in M. P. Venet. voc. Avarijam. Nomen hoc à *Candidâ* *Baptismali* erat. Cujus *antiquiſſima* eſt memoria. vid. *Iurctum.*

Sed nec Sacerdotum *albæ*, quas vocant, recentioris uſus ſunt. vid. *Hieron.* libr. 1. contrà Pelag.

Nazianzenum in Carm. de Inſomnio ſuper Anaſtaſiæ templo, quod ipſe condiderat, diſticho. 6.

Leo Papa IV. Homil. de curâ paſtorali. T. XXI. Concil. 570.

Prætereà

Commendat Autor in iisdem ſacerdotibus

- Officia *Orandi* VII. 47. *laudandi*, 49. *ſacrificandi* VIII. 1. *abſolvendi*, 5.
- *Mortificationem Paſſionum*, VII. 16.
- *Simplicitatem*, 19.
- *Humilitatem*, 23. ſeu æquanimitatem. *Kircher.*
- *ἀνζωηνίαν*, 27. ſeu contemtis divitiis voluntariam paupertatem. *Kirch.*
- *Eleemoſynas* 30. ſeu *Communem* in omnibus vivendi rationem, ut in primitiva Eccleſiâ & moderno tempore in communi Religioſorum convictu uſu venit. *Kircher.*

Quæ *Commentario* non indigent.

Digitized by Google

Digitized by Google

Index paginarū editionis *Perſicæ.* **2.**

([1] COROLLÆ MARGARITARIÆ HISTORICÆ ABDALLÆ, cognom. ABU SAID, BEIDAVÆI) [2] Pars Octava, HISTORIA [3] CHATAICA,

A tempore [4] *Púên-cù*, primi [5] Regis ipſorum, usque ad [6] poſtremum Regem, quem *Altunchan* [7] appellabant.

Hic eſt, quem *Gingiſchan* ejusque [8] Filii bello vexabant. Sunt

NOTÆ INTERPRETIS.

1. *Corollæ Margaritariæ.* Vid. *Comm. Alph.* in *Abdalla*.

2. *Pars octava.* Vid. *ib.*

3. Chataica. Hoc eſt. *Sinenſis.* Vid. *diſquiſ.* de *Chataja*.

4. *Puên-cù.* Martin. Hiſt. Sin. p. 3. „Porrò primum hominem, quem agnoſcunt Sinæ, Puoncuum nominant. Eum „dicunt è chao tanquam ex ovo natum. „Alii tamen, quod Sinenſis notat Hiſtoria, „Puoncuum è deſerto quodam prodiiſſe, „natalium ignorationem ultrò faſſi. Vid. ad *pag.* 11.

5. *Primi Regis.* An hunc Sinæ *Regem* vocent, hactenus neſcio, annalibus ipſorum nunquam viſis. Sinas tamen *rexit*, Hiſtoriæ Sinenſis *Martiniana* fide. p. 7.

Ceterum Sinæ *Regulos*, *Reges* & *Imperatores* accuratè diſtinguunt, hos *Tien-cù*, iſtos *Vâng*, illos *Vâng-fù* vocantes. vid. *Martin.* H. S. 11. 35.

Imperatores dici cœperunt, qui *Yuum* Hiáæ familiæ conditorem ſequuntur, & jam non tam *electi* quàm *hæreditatis* jure imperium capeſſebant. *Reges* Sinæ vocant, qui Yuum præcedebant. *Puoncuum* & qui proximè ſequebantur *Duces* appellat *Martinius* p. 3. f. 7. ppr. *Dynaſtas Ricciolus*, Chronol. T. 1.

6. *Poſtremum Regem.* *Kinârum* ſcilicet & ſublatæ noviter tunc temporis Dynaſtiæ ſeu Familiæ Regiæ. Qui tamen Sinæ non erant. Sed è *Tatarorum* genere. Et ſupervixit Auctor etiam *Sungarum*, verè Sinenſium, excidium. Sed hi pro *Regibus* non agnoſcebantur. v. *Comm. Alph.* p. 3. b. f. 19. a. f.

Vixit etiam ad ætatem *ſexti imperatoris Gingiſchanici*, Sinarum tunc Domini. Sed horum recenſionem *Hiſtoriæ parti nona* de *Rebus Mogolicis* deſtinaverat. Ergò autor hic deſinit in *anno Chriſti* 1230. circiter.

7. *Appellabant.* *Communi* videlicet *nomine*. Sicuti *Ptolemæos* vocamus poſteriores Ægypti Reges. Vid. *Gloſſar.* Sacr. p. 49. ſ. Quare hoc *Gentis* nomen erat, non *perſonæ*. Vid. *Comm. Alph.* in *Altunchan*.

8. *Et filii ejus.* Hoccota nempe &

Digitized by Google

Sunt autem Regum Chataicorum [9] triginta ſex [10] claſſes. *Perſonæ trecentæ & quinque.*

Duravit etiam imperium ipſorum, ſecundum *Chatajorum* quidem *opinionem* [11] *annos bis & quadragies mille, octingentos ſeptuaginta quinque.*

Ceterum pars iſthæc operis [12] *duobus* abſolvitur *capitibus.*

Caput Primum.

DEſcriptio *Regni Chatai & Rationum illius.* Itemque *Populorum, & opinionum*, quas fovent.

Caput autem hoc *duabus* conſtat *Sectionibus & unâ præfatione.*

---

hujus frater. Chatajam, quam tunc *Altunchani* ſeu *Kina* tenebant, primus ipſe *Gingis* aggreſſus eſt, & partem fratri Utacin legavit. Perſequebatur hoc bellum filius Hoccota, præmiſſis fratribus & filio. Vid. *Malat*. 309.

9. *Triginta ſex claſſes.* Multò pauciores Martinius numerat. Quem plerique hactenus ſequuntur. Et Martinius quidem ab *Hiaa* demum, quæ *Abdalla* decima jam dynaſtia eſt, incipit. Abdalla verò *converſiones* imperii accuratius obſervat. Vid. *Baſilicon* Sin.

10. *Claſſes.* Vox enim *Arabica* طبقة claſſem, ſeriem, ordinem, contignationem, e. g. *domus, calorum, hominum* etc. ſignificat. Hôc locô *Familias Regum* ſubinde *novas* eo nomine deſignat autor. Nos *Dynaſtias* vocare ſolemus. E. g. *Auſtriacam, Suevicam, Franconicam, Saxonicam, Carolidarum* in ſerie *Imperatorum* R. I. *Germanicorum.* Aut *Borboniorum, Valeſiorum, Capetingorum, Merovingorum* in ſerie Regum Galliæ.

11. *Annos* 42875. Infrà p. 50. *ann.* 42885. Altunchani deleti ſunt c. a. Chriſti 1230. Quare Chatajorum Imperium anno 41645. ante Chriſtum natum cæperit; *Puèn-cis* v. ante *Fohi* ann. 38693. circiter extiterit. Nugæ! Vid. *Comm. Alph.* p. 5. b.

12. *Duobus capitibus.* Sinæ plerumq; in duas partes diſtribuere ſolent libros, non adeò prolixos. Primam *Xang*, i. e. ſuperiorem, poſteriorem *hia*, i. e. inferiorem partem appellantes. Fortean Abdalla Sinas hic imitatur. Alioquin Arabum & Arabicantium more *Capita* باب

Præfatio Libri.

Ergo Chataji 13. Idololatræ ſunt.

Ac patroni tamen 14. *cujuscunq; Religionis.* In 15. *Sectas* complures diviſi. 16. Tandem *Athei.*

Funda-

---

i. e. *portas* vocat, & *ſectiones* فصل i. e. *articulos.* Quos Avicenna فن *Fen* vocat.

13. *Idololatræ ſunt.* Sed non omnes. Sed non ante receptam Sectam, *Xaca* c. a. CHRISTI 65. Vid. ad p. 14. *Comm. Alph.* 13. b. De voce *Put-preſt*, quam Auctor h. l. uſurpat, vid. *not.* ad *Aziz.* n: 24. & *Comm. Alph.* 9. b.

14. *Cujuscunque religionis.* Trig. p. 131. de *Saracenis.* *Imò ad literarum ſtudia & gradus publicos, etiam Magiſtratus, nullo diſcrimine admittuntur.* Idem de *Judæo* quodam: *Is jam in Licentiatorum ordinem adſcriptus ad ſolita Doctoratus examina Pequinum advolarat.* De ſuis quidem ille ipſe Trig: p. 314. ſic habet: *Sed eximendus hic eſt mihi complurium error in Europa, qui noſtros arbitrantur ad Literatorum in hoc regno gradum adſpirare: neq; enim noſtri ſe pro Sinenſibus Literatis gerunt, ſed Europæis, nemini porro non arridet è Sinis, viros alioqui literatos, ubi fuerint ſe pro literatis gerere, regionis habitum cultumque imitantes. Quamvis in Cantonenſi provincia infame ſacrificulorum nomen excutere nondum potuerunt; in cæteris tamen provinciis noſtri ab ipſis initiis literatorum nomen & opinionem feliciter ac utiliter induxerunt.* Hactenus ille.

Attamen *Magiſtratus*, ad quos Literatorum Sinenſium proximus gradus eſt, geſſerunt non pauci ex ipſis *Jeſuitis*, & fortaſſis prothymè. v. p. 191. Marcus etiam *Polus Venetus* Vicerex olim erat. II. 57. *Nubienſis* I. 8. de rege *Serindiva* tradit, ipſum aluiſſe *ſedecim conſiliarios*, quatuor ſuæ ſectæ, quatuor Chriſtianos, quatuor Moslemannos, quatuor Judæos.

15. *In Sectas complures.* Sunt eæ vel *capitales*, vel *ſubnatæ.* Capitales tres numero ſunt. *Prima* (dignitate, ſed poſtrema tempore) *Confutiana* eſt. *Vid.* p. 38: Literatorum ſc. & Mandarinorum. Altera *ſacrificulorum* eſt, cujus autor *Xaca* v. p. 28. Tertia *Singulatorum.* Cujus autor Lau-çu. v. p. 34. Primam *Politicam*, ſequentem *idololatricam*, tertiam *phyſicam* diceres. Vid. *Chat.* p. 58, & *Comm. Alph.* de *ſingularum Autoribus*, Confutio, Xaca, Lao-tan. Minores illæ ſectæ e. g. Pe-lie-Kiao, perquam multæ ſunt, alibi numerandæ. vid. *Comm. Mon. Sin.* p. 50. a.

16. *Tandem athei.* *An Dei vocabulum* in tota Sinarum lingua extet, vid. in *Comm. Alph.* ſub tit. *Deus.* *An & quomodo* Sinæ Athei ſint, ex iis colliges, quæ de varietate atheorum ſcripſerunt Gisbertus *Voetius*, Gerh. J. *Voſſius* & alii. Attamen ſupra aliarum Gentium exem-

Digitized by Google

Fundamentum prætenſionis & demonſtrationis eorum, immenſa quanta antiquitas mundi eſt. Ideoque *computus* eorum *chronicus*, quem à *primâ*
3. * *creatione* exordiuntur, vehementer excurrit.

Nullô verò tempore Annales eorum in has oras aſportati ſunt. Ratio, longinqua [17] *locorum diſtantia*.

Præterea [18] *Philoſophi & Literati* eorum huc non veniunt. Reges etiam hujus terræ [19] opes non appetunt exoticas.

Donec

---

pla, fortè & ſupra modum, vitæ ratio in hoc populo commendatur. Apud *Seras lex eſt*, (inquit Bardeſan. Syrus apud Euſeb. præp.) *nec occidere, nec fornicari, nec furari, nec adorare ſimulacra. Inde in illa regione nullum templum conſpicitur, nulla meretrix, nulla adultera, nemo fur, nemo homicida*. Vid. Clem. Recogn. IX.

17. *Locorum diſtantia. Iſpahane* ſc. Perſarum hodie Regiâ, *Agram* usque, Indiæ nuper Regiam, iter eſt 6. menſium. Ab *Agra* in *Sinas*, iter duorum annorum, ſec. Terry. p. 90. aut certè anni & duorum menſium circiter. Vid. *Iter Gruberi* ap. *Kirch*. Chin. ill. 65. Attamen *de Commerciis Sinarum* cum *Exteris* & horum cum illis, etiam olim, non pauci ſcripſerant. Ex iis, qui in Sinas penetrarunt, fuerunt *Taprobanenſes* ſec. *Plin*. VI. 22. Ruſſi, ſec. Hiſtoriam itinerum ap. *Purchaſſ. Perſæ* ſec. *Amm. Marc*. XXIII. 1660.

Sinæ contrà navibus jam olim ad mare usque rubrum pervenerunt, inque Inſulam *Madagascar*. Quidni interpoſita Indiæ loca? Et quæ ipſis ad orientem & meridiem ſita ſunt. v. Martin, Hiſt. Sin. 48. 2. 207. 312. Megiſ. in Madag. p. 20. Quare error eſt, *omnes ad Seras* commeâſſe, hos ad nullos aliò. Urſin. de Ser. p. 380. De viâ à Perſis ad *Seras Amm*. Marc. l. c. *Præter vicum, quem* λιθινον πύργον *appellant, iter longiſſimum patet mercatoribus perſium, ad Seras ſubinde commeantibus. Lapidea* illa *Turris* mons eſt, qui Contangui dicitur, h. e. *mons lapideus*. Qui quantum Sinis diſtet, vid. in itiner. Goezii ap. Trig. 610.

Jam ſi ſericum ab ipſis Seribus Perſæ habuerunt, quod extra dubium ponitur, in Sinas jam olim penetrarunt. Quod a. *Hiſtoriæ* nihil retulerint, non tam *diſtantiæ locorum*, quam difficultati ſermonis & Scripturæ Sinicæ imputandum eſt. Cum ſcil. *nullo commercio linguæ* ſed *nutu* emeretur, venderetur. Vid. Plin. l. c. Conf. de *LapponibusZiglerus* in *Scandia*.

18. *Philoſophi & Literati. Philoſophos* pro *Mandarinis* ponere videtur, & *Literatos* pro iis, quos Sinæ *Kun-cu* vocant, Judæi חכם in ipſis Sinis. vid. Trig. 134. Purch. III. 400. Bern. III. 129.

19. *Opes non appetunt exoticas.*

Digitized by Google

Donec tempore *Hulagu-chan* magna manus Philoſophorum & Aſtronomorum Chataicorum cum illo huc profecti ſunt.

Ex his [20] *Fu-muen-gi* erat, Vir Philoſophus, *Sing-ſing* cognomento dictus, h.e. Polyhiſtor. Eodem tempore [21] Dominus, *Naſiro'd Din*, Tuſo, (urbe *Choraſanæ*,) oriundus de mandato Hulagu-chan [22] *Tabulas Ilchanicas* condidit. Ubi è Polyhiſtore fundamenta *Aſtronomica & Chronologica* illorum [23] tradit.

Erat item alius tempore *Muslimici* Regis, Gazan Hakan dicti. Ejus, qui [24] ſacroſanctam *Chronologiam Gazanicam* conſcribi mandaverat.

Do-

Trig. p. 108. Remotarum regionum *aliam nullam notitiam habuerunt, niſi ſubobſcuram & falſam, quam à quibusdam accipiunt, qui ad regnum ſuum clientelaris obſequii officia delaturi veniunt. Ex advenarum libris quicquam ediſcere Sinas pudet, opinantes omnem ſcientiam apud ſe ſolos reperiri; externos omnes pro illiteratis ac barbaris habent & appellant. Et ſi quando in ſuis ſcriptionibus exterorum incidit mentio, ita de iis agunt, quaſi nihil dubium ſit, eos à brutis nihil admodum diſſidere. Characteres porro omnes, quibus hoc exterorum nomen exponunt, ex animantium ferè literis componuntur, nec ferè eos honeſtiore nomine, quam dæmoniorum dignantur.*

20. *Fu-muen-gi.* Ko-xeu-kingi coætaneus.

21. *Dominus.* *Hogja*, Titulus Doctorum & Antiſtitum Perſicus. Turcæ inde etiam ludimagiſtros *Hoggias* vocant.

22. *Tabulas Ilchanicas.* V. Gol: add: de Cathajo p. 2. a. 9 a. Comm: Alph: in Il-chan. Naſir. Extant etiamnum hæ tabulæ cum commentariis autoris, aliisque ejusdem ſcriptis. Tabularum *Geographicarum* partem edidit. Joh: *Gravius*. Naſirroddinum verbotenus ferè *Ulugbeiges* recenſuit, vel quispiam alius ſub *Ulugbeigis* nomine.

23. *Tradit.* *A Chatajorum computo initium faciens, ut quod maxime illuſtre tunc Tartarorum imperium. eſſet*, *Gol: l. c.*

24. *Sacroſanctam.* Ceu *Muslimicam*, non *peregrinam*, autoris profeſſioni; qualis *Ilchanica* erat. Ab homine ſc. *Chriſtiano* ſic dicta.

Digitized by Google

Dominus videlicet [25] Rexido'd Din, [26] Vezirius, è Philoſophis Chatajorum, *Litagi & Mekſun* nomine.

[27] Hi duo *Medicinam*, *Aſtronomiam & Chronologiam*, ſive etiam *Hiſtoriam temporum*, apprimè tra-
4. ctarunt & ſcriptis * propagarunt.

Iidem quosdam Chatajorum libros ſecum aſportantes, ſua ex illorum principiis comprobant.

Hiſtoria enim Chatajorum & numeratio annorum & *Cycli* ſummæ ſunt auctoritatis.

Sed quantum ad *Annales*, *nomina Regum* ibidem per [29] *Capita* explicantur.

Fundamentum verò Hiſtoriarum iis nititur. Et in hunc uſque diem inter Chatajos celebrantur. Ceu quibus plenam fidem adhibent.

Liber eſt, cui vertendo *tres Philoſophi* operam impenderunt. Unius nomen *Fu-hin Chu-xang erat*. *Fu-hin* proprium illius nomen erat, *Chu-xang* cognomen. Quod *Bach-xi* ſignificat. Hic ex urbe [30] *Tai-Gan-cheu* erat. Alterius nomen *Xen-gu Chu-*

xang

25. *Rexido d' Din.* Hic incipit M. S. alterum.

26. *Veſirius.* Colaus. Hoc eſt, magnus regni conſiliarius & imperatoris (ſi vocis etymon ſpectes) *auxiliator* Tametſi *Sacracenus* eſſet, ut è *nomine liquet*.

27. *Hi duo. Naſiro'd Din* & *Rexido'd Din.*

28. *Litagi & Mekſun.* Colai enim non unius ſunt generis. Suisque diſtinguntur nominibus.

29. *Per capita.* Ea conſtituunt *tituli claſſium* ſeu Familiarum regiarum.

30, *Tai-gan-cheu.* Eſt municipium urbis primæ, Provinciæ quartæ, *Xantung* dictæ. Sed dixerim ferè, famoſam intelligi urbem, Hangcheu vulgò

Digitized by Google

xang erat. Eratque ex urbe *Kin-hoa*. Tertii nomen *Xen-chun Chu-xang*, ex urbe [31] *Leao-gin*.

Hi tres *annariam rationem è libris antiquis* * ſeligebant. *Literati* verò Chatajorum omnes prævia accuratâ collatione Scriptorum hæc ipſa teſtimoniis militantibus comprobabant. Et nihil in harum rerum teſtimonium ſcriptum eſt, quod in libris antiquis non contineatur, & iis non conſonet. 5.

Poſt illa Philoſophus alius recenſionem novam inſtituit.

Dehinc ſecundum calculum ſuum ex hoc libro *Apographa*, uti convenit, faciunt. In quibus nihil interverſum eſt.

Hinc eſt, quod præ optimis libers talis valeat, ceu qui integer ſit & ſincerus.

Scriptura quidem [32] *mirificè elegans* eſt. Præterea verò neque abſurda aut mutationes aut corruptelæ hîc non habentur.

Mirum ergo in modum hi tres viri interpretationem ſuam perfecerunt integram.

Omnes-

appellatam, & aliquando *Tai-hâng-cheu*, hoc eſt, magnam illam Hang-cheu. Veluti hæc noſtra urbs *magnum Berlinum* nonnunquam vocari auditum eſt. Eſtque civitas alia, quæ *parva Hâng-cheu* dicitur.

31. *Leao-gin.* Quæ illa ſit, nondum invenio.

32. *Mirificè elegans.* Calligraphia enim à Sinis magnifit. Ut vel ob ſolos non ſatis elegantes Notarum ductus Candidati repulſam paſſi ſint. Vid. *Semed.*

Digitized by Google

Omnes item libri, qui ſecundum illos eduntur, elegantiſſimè ſcripti ſunt,

Ita, ut 33 ſingulas paginas hujus libri *charactere* eleganti in *tabulas* ſcribant.

Omnes etiam Sapientes ſummâ cum obſervantiâ ſcripta conferunt. Quæ charactere ſuo in *dorſo tabulæ* confirmant.

6. * Poſteâ *Sculptoribus* omnium præſtantiſſimis ſculpenda dant. Cumq;

33. *Singulas paginas in tabulas.* Trig: p. 21. *Typographia apud Sinas antiquior eſt aliquanto uſus, quam apud Europæos. Nam à quinque retro ſeculis certum eſt, ab iis uſu receptam, neque deſunt, qui aſſerant, prius ea Sinas fuiſſe uſos, quam in hanc mortalitatem immortalis ſeſe Deus abjeciſſet. Verum à noſtra differt non parum, quæ hieroglyphicis eorum characteribus ob multitudinem eſſet perdifficilis, quanquam hodie in brevi aliqua, characteres tabulæ lævi ac enodi è pyro ferè malove vel zizypho, inſculpunt. In hac tabula exſcriptum folium, ſed univerſum leviter conglutinant, inde magno artificio, jam ſiccam papyrum ita eradunt, ut non niſi in tenuiſſima facie transparentes characteres remanere videantur, tum ſtylis ferreis ita tabulam illam exſculpunt, ut ſola characterum vel picturæ lineamenta emineant. Deinde incredibili facilitate, ac celeritate folia de arbitratu imprimunt, eaque ſæpe typographus unus, die uno, quingenta ſupra mille expedit.*

In inſculpendis quoque tabulis ita expediti ſunt, ut nihilo plus mihi videantur temporis in ſculpenda, quam noſtri componenda una emendandaque conſumere. Hæc excudendi ratio ad Sinicos characteres ferè grandiuſculos accommodatior eſt, quam ad noſtros; neque enim è tenuiſſimis noſtris elementis exſculpi lignea tabula commodè poſſe mihi videntur. Cæterum unum eſt in hac re mirè commodum; cum enim tabulæ ſemel inſculptæ, domi aſſerventur, quoties libuerit, licet aliquid detrahere vel addere, non unum ſolum verbulum, ſed periodos etiam integras, dum tabula nonnihil ſarciuntur; neque cogitur typographus vel autor cum primum excudit, ſimul ac ſemel ingentem librorum multitudinem typis edere ſed, quoties voluerit, aut opus fuerit, volumina pro arbitratu plura pauciorave excuduntur. Quod nobis ſæpe contigit, nam libros de rebus ad noſtram religionem ſpectantibus, ſcientiisque Europæis Sinicè à noſtris editos, domi excudimus, domeſticorum famulorum operâ. Tanta igitur hujus Typographiæ facilitas eſt, ut, qui ſemel viderit, mox ad idem audendum ſe accingat. Ex hac commoditate naſcitur tanta Sinenſium li-

Digitized by Google

Cumque omnes paginas libri juxta præſcriptam idéam ad finem perduxerunt, ſingulis [34] *foliis numerum* adſcribunt.

Has tabulas, velut formulam officinæ monetariæ, in loculis ſub ſigillô oculatorum & fideliſſimorum Commiſſariorum deponunt, inque *Bibliothecas* reponunt. Ideoque [35] *inſigniis* muniunt.

Si quis apographum hujus libri deſideret, ante omnia Collegium hoc adit. Datque certam pecuniæ ſummam cuſtodibus. Hi tabulas iſtas afferunt, ac *ſigillum aureum* apographi chartis imprimunt, ſicque tradunt. Hac ratione fieri non poteſt, ut exempla libri plus aut minus contineant. Quin fide digniſſima ſint.

*Explicatio * Hiſtoriæ ipſorum ſequitur.* 7.
[36] *Fidem videns inveniet.*

SE-

---

brorum multitudo ac vilitas, quantam non facile eſt ei, qui non viderit, explicare.

34. *Foliis numerum.* Neque *ſolos numeros*, ſed *librorum titulos* quoque; illos *infernè*, hos *supernè*. Inque *medio* numeros *partium operis* alicujus. Verbi gratia, eſt mihi *Mentii* Philoſophi opuſculum, ubi in *ſummitate* plicarum cujusvis folii legitur; *Su-xu-ching-vén*, hoc eſt, *Tetrabibli pars prima; In medio: Meng-çù-xang-ù-kuen*, hoc eſt, *partis prioris Scriptorum Mentii volumen quintum;* inferius: *ſu-xe-lh, ſu-xe-ſan, ſu-xe-ſu &c.* Hoc eſt, folium 42. 43. 44.

35. *Inſigniis muniunt.* Ejusmodi *apoſphragiſmata* paſſim videre eſt, ſive in *frontiſpicio* libri, ſive in *coronide.*

36. *Fidem videns.* Proverbium, ut videtur, Arabicum.

SECTIO PRIMA.

Chronologia Chataica.

Epocha Chataica abſolvitur [37] *tribus Cyclis*. Quorum quilibet *proprium nomen* habet.

Cyclus primus *Xáng-vên dicitur*, alter *Chúng-ven*, tertius *Hiá-ven*.

Cyclus maximus 10000. annos complectitur. Hanc Periodum *Ván* vocant.

Quilibet Cyclus *major* habet *tres* cyclos *minores*.

Quilibet Cyclus minor *60. annos*.

Quilibet *annus* habet [38] *nomen* ſuum proprium.

Etſi Periodus prolixa eſt, coacervatio tamen computi commodior eſt. Et principium, quod illi fingunt, æquè ac poſtremum, notum & manifeſtum eſt usque ad hoc tempus. [39] Annum nempe *Hegiræ 717*. Cui convenit annus [40] *Ting-ſu*. [41] Turciſta-

37. *Tribus Cyclis*. Vid. *Ulugbeigis* Epochas ex editione *Gravii*. p. 46. 50. Conf. *Gol.* add. de Catayo. p. 4. Disqu. de Chataja p. 41.

38. *Nomen proprium*. Ahmed *Arabsj*. Hiſt. Tamerl. p. 435. *Gol.* de Cat. p. 7. *Disquiſ.* de Chataj. p. 47. *Chron.* T. 1. p. 96. *Comm. Alph.* p. 81. b.

39. *Anno Hegiræ* 717. Hoc eſt, *anno Chriſti* 1317.

40. *Ting-ſu*. Nomen anni. Vid. Chataj. p. 54.

41. *Turciſtanis*. Non eſt in textu. Sed *jilan jil* voces merè *Turcica* ſunt. Uti & *Dunguz jil*, quod mox ſequitur. Turciſtanorum Chronologia commen-

Digitized by Google

ciſtanis *Iilan jil dictus, id eſt*, 42 *annus Serpentis.* *Quartus* videlicet & *quinquageſimus* Cycli *Xang-ven.*

Iſque poſt abſolutas Periodos, *Van* dictas, 43 *octies mille octingentas ſexaginta tres*, annus * *nouies milleſimus ſeptingenteſimus* 44 *octuageſimus quintus.* 8

Summa annorum 88639785.

Et ab hoc, quod memini, principio ad eum annum, quô Gingis-chan populos ſibi ſubjecit & imperium ejus manifeſtè ſtabilitum eſt, 45 annum videlicet *Quèi bài*, Turciſtanis *Dunjuz jil* dictum, id eſt, annum *Porci*, annum verò *Hegiræ* 599. ſunt 46 anni 88639667.

SECTIO II.

Deſcriptio terrarum Chatajæ,

Regnorum ſc. Populorumque commemoratorum. Quot nempe & quæ partes Regionis hujus valdè amplæ ſint.

NOmina harum terrarum 47. varia ſunt.

Sicuti

datur, etiam præ Sinicâ, ab *Ulugbeige* p. 49. Sunt hi *Sacraceni*, de quibus *Trig.* p. 130. & hic ad p. 10. vid. *Comm. Alph.*

42. *Annus Serpentis.* vid. *Chatai.* p. 47.

43. *Octies mille.* Ita jam ſupra *Puonćuum* annos numerant 88596712. vid. *Comm. Alph. 6.*

44. *Octuageſimus quintus.* Leg. *triceſimus quartus.* Sic & in *lineâ* mox ſequente.

45. *Annum Quèi bài.* Hoc eſt, *annum Chriſti 1203.*

46. *Anni 9667.* Leg. 9620.

47. *Nomina varia* ſunt. *Trig.* p. 5

Digitized by Google

Sicuti & in *medio regnorum* illorum magnæ provinciæ, ſpectatu dignæ, ſunt.

Ubi pro viciſſitudine temporum *Regia* Imperatorum fuerunt.

9. Terram hanc in linguâ * ſuâ *Han, Cheu, Chum-Kue* vocant. 48. Mogoles *Gau-Kut*, Indi *Gin*, Nos *Chatai*.

Eſt ibi ad *orientem* terra, quæ ad *Auſtrum* deflectit. Hanc Sinæ *Manzi* vocant. Mogoles Nigias. Indi. *Mehagin* Hoc eſt, *China magna*. Alii *Magin*.

Ceterum Regio *Gin è denis* terræ *Magin* eſt, quam inde denominant.

Dn. *Rexido 'd Din*, Vezirius ille ſupra laudatus, terris *Hing-ping-xang* oriundus, fidem facit, regnum *Magin* quotannis 49. *nongentos Tu-*

Eſt apud eos in more ab omni memoria poſitum, ut quoties imperandi jus ex una familia in aliam, pro humanarum rerum viciſſitudine, tranſit, ipſum quoque regnum novo nomine, ab eo, qui regnare occipit, inſigniatur, quod qui facit, ſpecioſum aliquem regno titulum pro arbitratu imponit. Ita olim Than appellari legimus, quod ſine termino latum ſonat, alias Yu, ac ſi quietem voces, deinde Hia, quod idem eſt, ac ſi magnum dicas, poſtea Sciam, quæ vox ornatum innuit. Tum Cheu, hoc eſt, perfectum. Han verò lacteam in cælo viam ſignat, aliaque permulta. Ex quo verò hac ipſa familia, penes quam hodie regnandi jus eſt, quæ Ciu dicitur, regnum univerſum Min, ideſt, claritatis nomine inſignitur, cui tamen hodie ſyllabam Ta adjunxerunt, & Ta-min, i. e. magnæ claritatis regnum appellant.

48. *Mogoles.* *Gingiſchanidas* puta, ſeu, ut Sinæ loquuntur, *Yvenidas*. Hi *Turciſtanicè* loquebantur, ut è *Gloſſario Mogolico* non nemo colligit. Vel *Turciſtani* potius voces quasdam à Mogolibus mutuati ſunt. Id quod è *Nomenclatore Mogolico mihi liquet.*

49. *Nongentas myriades.* In eandem ſententiam *M. P. Venetus* II. 65. *Exigit Cham magnus (Kubla) ſingulis annis*

Digitized by Google

50. *Tumanos* ſeu *Myriades* in rationes Imperatoris conferre. Metropolis, quam 51. *Quinſai* vocant, 52. decem *paraſangis* patet. In hac urbe 53 *tria palatia* ſunt. Omnes verò domus 54 *tres* habent *contignationes*. Ibidem *tria* prægrandia 55 *templa Mohammedica*

---

de ſale, quod paratur in urbe Quinſai & terminis ejus, myriades octoginta aureorum. De rebus etiam aliis, præſertim mercibus, tantam recipit vim pecuniæ, ut vix numerari poſſit. Habet provincia maximam copiam ſaccari & aliarum multarum ſpecierum aromaticarum. Recipit autem magnus Cham de centum menſuris aromatum, tres & dimidiam. Idem facit de reliquis mercatorum bonis. De vino quoq; quod ex riſo & aromatibus conficiunt, non parvum habet emolumentum. Similiter ab artificibus, præſertim duodecim generum, habet commodum ſuum. De ſerico autem, cujus in provincia Mangi maxima eſt copia, de centum ulnis decem exigit. Ego Marcus ſemel audivi, computum fieri ſingulorum redituum, qui magno Cham penduntur annuatim in regno Quinſai, quod eſt nona pars provinciæ Mangi, adſcenditque ſumma omnium, ſale tamen exceptô, ad quindecim millia millium aureorum, atq; ſexcenta millia.

50. *Tumanos*. Vid. *Comm. Alph.* p. 25. b. f.

51. *Quinſai.* Ita lego pro خنساي Et procul dubio خنساي *ſcriptum fuit.* Vid. *Comm. Alph.*

52. *Decem paraſangis. Venet. II. 63. Centum circiter milliaribus. Italicis* ſcilicet. *Paraſanga* tria milliaria Italica facit ſec. *Ramuſ.* Sicque decem Paraſangæ triginta ſunt milliaria. Quod ſi *ſuburbiorum ambitum* annumeres, *centum milliarium numerum excedet*, autore *Martinio* Atl. p. 64. b. f. Videtur etiam Paraſanga latiùs intelligenda eſſe, quia ſolum Palatium ambitu XL milliarium eſt, eodem *Veneto* teſte. Vid *Comm. Alph.* p. 46. a.

53. *Tria Palatia.* Erat ex iis *Facfurinum*, de quo Ven. II. 64. Conf. II 35. de *Sindinſu.*

54. *Tres Contignationes. Martin. Atl.* p. 5. a. Plures contignationes non amant, ut ſummum una ſubinde additur. Quippe gradus ſcalasque aſcendere laborioſum putant. Vid. *Trig.* 15. *Nieuhof.* p. 11. 119. 259.

55. *Templa Mohammedica.* Trig. p. 130. *Saracenis plena ſunt omnia. Nam liberorum ſerie in eam multitudinem excreverunt, ut hodie permulta familiarum millia numerentur in ſingulas*

Digitized by Google

10. *dica* ſunt, * diebus *Veneris* Muſulmannis oppleta. *Civium* verò tantus eſt *numerus*, ut alter alterum non nòrit præ mirandâ amplitudine urbis.

Eſt porrò alia Regio [56] ad *Auſtrum*, quà *occidentem* vergit. Eam Sinæ *Dai-le-ju-mi* vocant. Mogoles *Kara-Gang*. Indi *Gendeber*. Nos [57] *Kandahar*. Sitam [58] inter *Indiam & Tebet*. Ibi [59] pars hominum *atri*, pars *albi* ſunt.

Poſteriores hi à Mogolibus *Gigan Gang* vocantur.

Ad *Septentrionem* Chatajæ Populi [60] *ruricolæ* ſunt. Hi vocantur *Giden*; à Mogolibus [61] *Kara Chatai*. Quorum regio [62] campis *Mogolum* confinis eſt.

Et

---

ferè provincias & primarias quasque urbes diſperſa. In his templa ſua habent magno ſumptu exſtructa, in quibus preces ſtatas recitant, liberos circumcidunt, & alios ritus ſuos peragunt.

56. *Ad Auſtrum qua occidentem.* Hoc eſt, ad *Africum*, ſeu *Notolibycum*. Germ. Südweſt.

57. *Kandahar.* Lege *Kaſgar.* V. *pag. ſequ.* & *Comm. Alph. in Kaſgar.* Sed tamen adhuc hæreo. Suſpicabar olim regionem *Laos* hîc deſignari; Sicque *Dai-leao-mi* legendum eſſe. Et annon regnum *Annam* intelligi queat? Id enim *Karantſche* Ruſſis dicitur, qui *Mogolicas* appellationes ſequi ſolent. Adeò *Kara-gang* & *Karantſche* valde ſibi vicina ſunt vocabula. Sed obeſt etiam huic conjecturæ, quod regnum, de quo *Abdalla* hic agit, ad *Africum Chataja*, (propriè dictæ puta,) ſitum ſit, quodq; *inter Indiam & Tebet.* Attamen pro hac ſuſpicione facit vicinia *populi*, qui *dentes auro muniebat.* An verò *Karagang & Gigan-gang à Gange* fluvio nomen ſortiti ſunt?

Fallor, an verba illa: *Indi Gendebar, nos Kandahar*, expungenda ſunt?

58. *Inter Indiam & Tebet.* Secundum *Naſiroddini* Tabulas *Tebeta* ad gradum *latitudinis* 40. ſita eſt, *Kandahar* Indiæ ad 33. *Kaſgar ad 44.*

59. *Pars atri, pars albi.* Vid. *Bernier.*

60. *Ruricola.*

61. *Karachatai.* Vid. ad. p. 74.

62. *Campis Mogolum confinis.* Mala-

Digitized by Google

Et ex hoc populo vir quondam exibat, qui *Chatajam* armis occupavit, & Rex eorum factus eſt. Et ê proſapia ejus aliquot poſteri ſat diu regnarunt. Nomen ejus *Hauligi*, *Aga*.

Conterminus eſt hiſce alius * ruricola populus. Quem Chataji *Niu-che* vocant Mogolibus verò aliisque populis *Hurge* dictum. Ex his vir exiit, cui *Huônyen Agudai* nomen erat; *Dai-gim* agnomen. II.

Hic Regnum *Chatai* Regibus *Kara-Chatai* eripuit. Mogôles *Akudam* vocant.

Et *Altunchan*, qui tempore *Gingiſchani* fuit, ac tempore *Octai-Kaan* filii ejus ſublatus eſt. Hic ipſe *Daigim* erat.

[63] Inter *Chatajam & Kara-Gang*, [64] terrarum ampli ſunt tractus. Singulæque *Regibus* ſuis gaudent. Ex his omnibus regio eſt, ubi conſuetudine recepta [65] *dentes aureis thecis muniunt*. Quas edentes removent.

Omnes verò Provinciæ illæ hoc tempore [66] *Il-Kaani* ſunt. CA-

p. 283. *Eodem anno (Hegira 909. Chriſti 1209.) Zingizchan in poteſtatem ſuam redegit regiones Karachataja. Fuit autem regionum Igur (quæ Turcarum numeroſa gens ſunt) Princeps imperio Regis Chataorum ſubditus.*

63. *Inter Chatajam & Kara-gang.* Vid. *Itinera* per *Tatariam* in *Sinas.* Benedicti ſc. *Goezii* apud Trig. p. 604. *Jenkinſonii* ap. *Thevenot.* &c. Confer *Bernier* III. 124.

64. *Terrarum ampli tractus.* Eos in *Mappa Tataria* deſcribo.

65. *Dentes aureis thecis.* Vid. *Comm. Alph.* in *Kin-cib:*

66. *Il-Kaani.* Vid. *Comm. Alph.* p. 32.

CAPUT ALTERUM.

Regum Chatajorum XXXVI. ſunt *Claſſes*.

CLASSIS I.

Rex *primus* 67. *Puen-cu* erat.

Ab eo Chataji 68 *Hiſtoriam temporis* incipiunt. Ejus tempore 69 neque urbes 70. neque regionum limites erant. Ho-

67. *Puen-cu*. Vid. ad p.1. Mendoz. p. 43. *Il. primo errore è, che 'l cielo, la terra & l' acqua ſiano ſtati inſieme ab eterno & ch' uno, che ſta nel cielo, & ſi domanda Tain, con la gran ſcienza, c' hebbe, ſeparaſſe il cielo dalla terra, reſtando quello in alto & queſta deſcendendo a baſſo, ſecondo la ſua naturale inclinatione come peſante & grave, doue hora ſi trova. Queſto Tain, come dicono, fece un' huomo & una donna di nulla, che hebbero nome Panzone & Panzona.* An *Panzona* nomen in Sinenſium ſit libris, equidem neſcio. *Panzon* v. *Puen cu* extra dubium eſt. *Puen* enim *Pan* Luſitani dicunt, etiam in voce *Japan*, quæ eſt *Ge-puen*. Auctor item *Pan-zon* fortè, & non *Panzon* ſcripſit. *Puen-cu* ergò PRIMUS HOMO eſt, communi Sinarum traditione. *Creator*, *Tain*. Hoc *primum exemplum* eſto *Plagii Sinenſis*. Cum quo *alia* cohærent *non pauca*; *Profani* ſc. *Scriptores* non habent aliquid *primævæ antiquitatis* quod non *ſuffurati* ſint è *Moſaicis fontibus*. *Hiſtoriâ* tandem in *Fabulas* conversâ & variè luxatâ. Quòd nec mirum eſt, ſi quis cogitet, tam *Chriſtianos* quàm *Iudæos*, qui primi *temporis Hiſtorias* è *ſacro codice* recenſuerunt, non pauca *aliter* retuliſſe, nec pauca *de ſuo* aut ex *incerta traditione* addidiſſe. Vid. *Comm. Alph.* 15. b.

68. *Hiſtoriam temporis incipiunt*. Hanc *Sinenſium ſententiam* in hunc modum proponit *Mendoza* II. 5. *Hanno tuttavia molte falſe opinioni intorno all' origine & al principio del mondo & alla creatione dell' huomo, alcune delle quali, che ſi ſon cavate da i lor medeſimi libri & ſpecialmente d' uno intitulato del principio del mondo, ſi porranno in queſto capitolo.*

69. *Neq; urbes*. Prima urbs, *Hanoch*. *Gen. IV.* 17.

Condita ab *Hanocho*; Caini Filio. *Sulp. Sev.*

Imò à *Caino* ipſo. *Moſes* l. c.

Homines verò *ut [71.] reliqua animantia in agris oberrabant. [72.] *Cibus ijs gramina* erant. [73.] *Pudendorum* operimentum, *folia arborum*. Deficiente calore ſeu *ignis uſu* ſpiritum fortiter ducebant, aut manus complodebant. Et ex hâc reverberatione aëris temperies reſultabat. Sic & viciſſim ventum in æſtu ciebant pro lubitu. 12.

Eodem tempore quamplures erant *mulieres*. Atqui rationẽ appetentiæ proſequendæ & concubitus neſciebant. Quomodo ſcilicet [74.] *mas & fœmina* conjungerẽtur, ac hæc gravida fieret, poſteaq; fœtus prodiret.

Poſt

Qui de nomine *Filii* nomen ipſi, quod dictum eſt, fecit. Uti ſcilicet Ninus Niniven de Ninyæ, filii; *Tamerlanes* Schachroichiam de Schachrochi, filii, nomine appellavit.

Sita in regione NOD, ad *Orientem* Paradiſi, *Gen. IV. 16.*

Trans *Tigridem*.

In *Syriâ* ad montem Libanum. *Nanclerus*, autor *Hiſt. Scholaſt. Beroſus*.

In Arabiâ deſertâ. Joſeph. I. 3.

In Perſiâ, ſec. *Heidegg.*

In Græciâ. ſec. *Horn. alleg.*

Var. lect.

Hanoch. l. c.

Henochia. *Heidegg. l. c.*

Synon.

Nais. Joſeph. I. 3.

Enoſa, ab Enoſo primogenito, *Joſeph.* I, c. Error.

Civitas Cain, Beroſus Ann. Hic vid. Anuchta Ptolemæi, ſec. Heidegg. Patriarch. 210. 310.

Econtra Argi in Græciâ, *prima* urbs dicitur, ab *Inacho* condita. Vid. ad p. 19.

70. *Neque regionum limites.* Vid. *Boch.* Phal. l. 1. p. 2.

71. *Ut reliqua animantia. Nudi* ſc. *domicilii* & *ignis* inſueti, in *victu* rudes, in *vitâ* ſimplices. Vid. *Diod. Sic.* l. *Plato in* Politic. *Varr. R. R. Grot.* I. B. P. II. 1. §. 11. V. R. C. 18. H. S. 8. f.

72. *Cibus gramina erant. Gen. I.* 29. II. 5. IX. 3. vid. *Calanum* ap. *Strabonem* XV. 492.

73. *Pudendorum operimentum.* Gen. III. 7. H.S. *de Ico* p. 8. f. *Animalium pellibus nullo artificio paratis ad tegenda corpora ita utebantur, ut tamen maximam partem nudi incederent.*

74. *Mas & fœmina.* Vid. *Prov.* XXX. 19. ubi recentiores non tam *veſtigia actionum*, quàm, *rationem agendi* intelligunt.

Poſt hunc [75] *Tien-hoang-ti* Rex *ſecundus* erat. Ejus nomen *Tien* erat, agnomen [76] *Hoang-ti.* Id olim *Regum commune nomen* erat. *Terram* autem *Ty* vocant. Rex ille [77] *corpore* quaſi *ſerpentino* erat.
13. Habebatque [78] *decem* hominum *capita.* * Fratres eis *tredecim* erant. Eadem verò ratione, quâ *Puen-cù* vitam tranſigebat. Hâc ætate collatis rerum momentis è ramis plantæ cujusdam pulverem parabant & inde [67] neſcio quid.

[80] *Di-Hoang-ti*, Rex *tertius*, itidem corpore quaſi

---

75 *Tién-hoang-ti.* Primi hominis creatura. *Mend.* 43. Vid. ib. pl. Hic primus nomina rebus creatis impoſuit. *Mend.* Sed hoc Moſes Gen. II. 19. *Adamo* tribuit. *Impoſitio* ipſa *nominum* nemine non fatente divinum fuit munus. *Οὐ φαῦλον, οὐδὲ φαύλων ἀνδρῶν, οὐδὲ τῶν ἐπιτυχόντων. Non futile, neque futilium, neque quorumvis hominum*, dictitante *Platone in Cratylo* & hujus verbis *Cicerone* Tuſcul. 1. Quo autore *Pythagoras* pro ſummæ ſapientiæ opere habuit primam onomatotheſiam. Vid. *Boch.* An. Scr. 1. 58. *Heidegg.* Patriarch. IV. 51. *Buxtorf.* Diſſert. 10. 16. 25. Ceterum *Tién-hoang-ti* Latinè *Rex cælicus* diceretur. Niſi *Tien* h. l. *agrum* ſignificat, & ad *Adami* nomen alluditur. Sub hoc duce *magnus ille draco occiſus fuit, ſecundum Sinas, qui mundum omnem turbaverat. Quo facto ſuum quaque res gradū & dignitatem obtinuerit.* H. S. 7.

76. Hoang-ti, regum commune nomen. Ita quidem eſt. Sed derivant hunc *morem* non ab hoc *Tién-hoâng-tio*, Sed ab *Hoangtio, Xinnungi* ſucceſſore. H. S. 18. m. Vid. ſupra *n. 7.*

77. *Corpore quaſi ſerpentino.* Vid. *Comm. Alph.* in *Serpens.*

78. *Decem hominum capita.* Locutio & hæc Panegyrica. Ejusdem generis, quô *Ennius* uſus eſt: *Tria ſibi corda* eſſe dicens. Quòd ſc. *Romanè, Græcè*, & *Oſcè* loqueretur. Sic *Turcæ* proverbio ajunt: *Quot quis linguas norit, tot eum ſuſtinere perſonas hominum*, autore *Poſtello* ap. *Zwingerum.* p. 1089. a. & *Molnar.* Gramm. Hungar. p. 19.

79. *Neſcio quid.* Ego quidem, qui Abdallæ interpretem ago. Vox enim *Arabica Fahme Intellectum* quidem notat. Sed vereor, ne mendum ſubſit. Neque tamen *Fahhme* legendum putem. Quod *carbonem* ſignificat. Suspicabar aliquando, de herbâ *Cha* ſermonem hîc fieri; Sed ejus uſus haud antiquus eſt, autore Trigautio p. 17.

80. *Di-hoang-ti.* Quaſi diceres, *rex terrenus.*

Digitized by Google

quaſi colubrino erat, & capitum decem. Fratres ei undecim erant.

[81] *Zin-hoang-ti*, Rex *quartus*, ſimiliter corpus quaſi anguinum gerebat & novem capita.

Sed & hi omnes iisdem moribus vivebant.

Sequebantur

[82] *Ulugi*, *Deſtigi*, *Chechungi*, *Lenlengi-Soumingi*, *Xu Zengi*.

Hi *ſex* Reges ejusdem *modi* erant.

Eorum ætate [83] *arbor* quædam *fructifera* extabat. Cujus fructu primi homines veſcebantur.

Hi

---

81. *Zin-hoang-ti* H. S. 8. *Thoangum undecim alios fuiſſe inſecutos tradunt; de quibus nihil memoriâ dignum, ne nomen quidem invenio. His Ginhoangus ſucceſſit.*

82. *Ulugi* &c. Præterit hos *Martinius*.

83. *Arbor fructifera*. Sumtum hoc è *Geneſ.* II. & III. An v. arborem *vitæ*, ann *ſcientiæ* intelligant, aut quamvis aliam, equidem non aſſequor. De *arbore ſcientiæ* Sinæ ſic ſentiunt, ſiquidem genuinum eſt, quod ex ore *Grepi* cujusdam *Pintus* refert. p. m. 313. Die Natur hat keine andere Erſchaffung gehabt / als welche aus dem Willen des Schöpffers gekommen / und erwachſen iſt / als der auff eine gewiſſe Zeit in ſeinem Göttlichen Verſtand ſolches beſchloſſen / und es hernach den Inwohnern deß Himmels / die zuvorn durch ſeine oberſte Macht geſchaffen / geoffenbahret hat. Und ſo man denen hievon verhandenen Schrifften glauben will / ſo iſt die Welt vor zwey und achtzig tauſend Monaten aus der Tieffe des Waſſers ans Licht gebracht. In denſelben ſchuff GOtt einen ſchönen Garten / und ſtellete darein einen Menſchen / Nahmens Adaa / ſampt ſeiner Frauen Bazagon! Denſelben / üm ſie unter das Joch ſeines Gehorſambs zu bringen / gab er einen harten Befehl / ſie ſolten die Frucht von einem ſonderlichen Baum / Hilafaran genant / nicht anrühren / dieweil Er Ihm denſelben hätte vorbehalten; Wofern ſie aber davon eſſen würden / wolte er ſie die Strenge ſeiner Gerechtigkeit fühlen laſſen / ſampt ihren Nachkömmlingen. Die groſſe Lupanto, die verſchlingende Schlange vom Hauſe des Rauches / bemerckende / das GOtt durch ſolch Geboth den Menſchen unter ſeinem Geherſahm bewahren wolte / damit er ihm im Himmel ſolchen belohnen könte / wante ſich zu der Frauen / und ſagte zu ihr wofern ſie und ihr Mann von dieſer Frucht eſſen würden

Hi calentis aëris tempore[84] ſub *umbra* hujus arboris degebant; frigentis verò in *foraminibus* ejuſdem. Eo-
14. dem tempore[85] *Solis Lunaq;* obſervabant vices. Sed ante hoc tempus, * *ignis uſus* nondum innotuerat. Quin[86] *lignum ligno fricabant*, donec *ignis* exiret. Tunc & primùm[87] *carnes* cruore animantium fuſo, & dorcadum ſeu capreolorum quidem, comedebant. Poſt illa lapidem igne calefactum & carnem dorcadum tamdiu invicem quaſſabant, donec hæc quaſi aſſata eſſet. Et hanc edebant. Ad eum

ſie durch dieſes Mitel viel fürtrefflicher den andere Creaturen/und von dieſer ſchweren Natur/damit ſie zuſammen verbunden/ frey werden; Zu bewegung/ daß ſie in einem Augenblick mit ihren Leichnam ſölten in den Himmel eingehen. Bazaqon die Frau/welche ohne das nach der Hoheit begierig war/ aß von dieſer Frucht/ und ließ auch ihr Gemahl davon eſſen/ alſo/ daß beyde dieſer erbärmliche Biß der Straffe des Todes/ dem Schmertzen und Armuth unterwarff: Dann GOtt hat ſie wegen ihres Ungehorſams den Ernſt ſeines Urtheils fühlen laſſen/ſie aus dem Garten getrieben/ darein Er ſie geſetzet/ und alſo die Straff vollzogen/ die Er ihnen gedreuet. Ada/ den Ernſt ſeiner Göttlichen Gerechtigkeit fürchtend/ brachte eine lange Zeit mit Thränen zu/ bis ihm GOtt vergebung ſeiner Sünden ankündigte/ wo er in ſolcher Reu und Buſſe fortfahren würde Vid. *Chalcid.* ad Timæum, *Clem.* Alex. in Protr. *Plut.* in Alex. *Heſych. Majm.* Mor. Neb. III. 29.

84. *Sub umbrâ.* H. S. 8. Ginhoangum *ſequitur YEUS, qui mortales in montium antris & ſpeluncis in hoc uſque tempus habitantes, mapalia & caſas è ligno ædificare docuit, ut à ſe ferarum injurias defenderent.*

85. *Ignis uſus.* H. S. de *Yeo* l. c. *Neque ignis è ſilice ad parandos cibos fovendaque corpora eliciendi uſum callebant.* Non mirum. Nam poſtremis etiam temporibus *Guanches*, Canariæ populus, ignis uſum neſciebant. Vid. *Gomar.* Hiſt. Ind. c. 228. Aluiſe da Ca da *Moſto* c. 8.

86. *Lignum ligno.* Similiter H. S. 9. de *Suio*. *Ligno quoque lignum atterendo primus ignem elicuit, ut nos è ſilice ſolemus. Ac velut alter Prometheus flammæ radices & originem aperuit. Eam ignis extundendi artem etiamnum Sinæ in uſu habent, & pro variâ tempeſtate anni ligna varia deligunt, id temporis ad præbendum ignem aptiora. Etſi neque alterum compendium ignorent, chalybe ignem è ſilice petendi. Mendoza* p. 45. idem de *Hantzui* ſuo tradit.

87. *Carnes.* Vid. *Mend.* 44. f. H. S.

Digitized by Google

eum modum omnes vivebant. Atque 88. *humanitas* inter homines tanta 89. adhuc non erat.

CLASSIS II.

90. FOHI. Rex *undecimus* Chatajæ erat. Cujus tempore 91. humanitas valdè crevit. Ejus ætate 92. *Divinandi* ſcientia uſu eſſe cæpit. Quam Chataij tum temporis 93. *Hui* vocabant. Poſt illa 94. *in libros* relatam. 95. *Matrimonium* etiam. 96. *Nuptiaq;* inſtitutæ ſunt. In-

de *Yeo*: *Herbis & fructibus ſpontè naſcentibus crudiſque ferarum carnibus veſcebantur, epoto etiam eorundem ſanguine, cum urgebat ſitis.*

88. *Humanitas*. H. S. p. 7. de *Tien-hoang*. *Tunc temporis cæleſtis Spiritus ubique diſcernens, paulatim urbanos mores induxit, & abſque magnô labore mortales, alioqui diſciplina capaces, ad humanitatem in formavit, &c.*

89. *Adhuc*. H. S. 9. f. *Sed hactenus annos & tempora non adſcripſi: Quippe Sinis quoq;, nec injuriá dubitata. Nunc quæ ſequuntur ab ipſis pro indubitatis habentur, &c.*

90. *Fohi*. *Primus Tien-çu, ſeu cæli Filius*. Vid. *Comm. Alph. Idemque Parthenius*. v. H. S. 11. Mendoz. 45.

91. *Humanitas*. V. ſupra. n. 88.

92. *Divinandi ſcientia*. Repetitur hoc de *Fohio* p. 26. Conf. p. 39. Vox *Arabica* فال *Divinationem* utique & *auguria* ſignificat. Quo verò in genere Fohi excelluerit, non invenio. Fortè & illud huc referri poteſt, quod habet H. S. p. 11. *Primus itidem ſexaginta quatuor illas figuras* (p. 6.) *earumque uſum docuit. Quas in draconis è lacu prodeuntis dorſo ſe obſervâſſe ajebat*. Vid. *Ovid.* Metam. de Cadmo.

93. *Hui*. V. *Comm. Alph.* p. 24.

94. Vid. n. 47.

95. *In libros* Hujus farinæ aliquos recenſeo in *Biblioth. Sinic.* (Ea *Fo-hi-lung-xu* dicitur, hoc eſt, *Fohii ſcriptura Draconaria*. Quâ ipſe *Fohi librum de rebus Mathematicis & Aſtrologicis Lung-xu dictum* ſcripſiſſe dicitur. V. ad p. 30. H. S. 12.) *Ref. ad n. 97.*

96. *Nuptiaq; inſtituta*. H. S. in *Fohio* p. 12. f. *Ad hoc uſq; temporis mares inter ac feminas nullum erat ap. Sinas in moribus ac veſte diſcrimen; nulla connubia lege firmata. Sed belluarum more temerè & vagâ libidine jungebantur. Utrinque Fohius diſcrimen invexit. Nam & viros à feminis cultu diſtinxit, & conjugia inſtituit.* p. 45.

Digitized by Google

Invenit item 97. peculiare *ſcribendi genus*, 98. *Arithmeticam*, *Contractus & rationaria*. Pedicas quoque
15. & laqueos 99. *Vini* * *bibitionem*, 100. *Muſica* inſtrumenta, quæ *viginti quinque* Chordarum erant.

Cumque illo tempore ſericum non eſſet, *arundinem* teneram findebant, & inſtrumentis illis applicabant. Soror

97. *Peculiare ſcribendi genus.* H. S. p. 12. *Idem imperator Sinicos characteres reperit, quos loco nodorum adhibuit, ſed ipſis nodis intricatiores. In quolibet enim charactere ſunt obſervanda ſex; Figura, ſonus, uſus, ſignificatio, compoſitio, explicatio. Litera tamen illa à Fohio inventa, ab his, quæ nunc in uſu verſantur, olim diverſa, ad Ægyptiaca Hieroglyphica accedebant, ut figura rem ſignificandam ipſo aſpectu adhiberet. Exempla* vid. *ibidem.* Alteram *Fo hi* ſcripturam Vid. ap. *Kirch.* Chin. ill. p. 228.

98. *Arithmeticam. Per notas ſc.* Antea n. Nodis res agebatur, Inventore *Sujo. Mend. 45. De Nodis* v. H. S. 16. *Artis* v. *Arithmetica* autor *Li-xe* quidam erat, Hoangtii ætate. De quô H. S. p. 16. pr. *Facili methodo ſex genera numeros tractandi complexus, Algebra arcana, regulas falſi aut ſocietatis non attigit. Ea ſupputandi ratio globulis conſtat, filo ferreo inſertis, cujus quindena vel vicena ſeries è ſummâ tabulâ deorſum æquali intervallo facta per medium ducta tabellâ ita dividuntur, ut in ſuperiori ordine ſingula fila duos globulos capiant, quorum ſinguli quinarium valent. Inferiori verò cujus ſpatium laxius in altitudinem patet, ſingula quinos habeant, non ejusdem æſtimationis. Quævis enim ſparula pro monade tantum putatur. Numerus a. ap. Sinas quoq; ſiniſtram verſus more noſtrô in numeris creſcit. His ergo globulis huc illuc, ſurſum deorſumq;, ſicut uſus poſtulat, permutatis, magnâ facilitate dexteritateq; rationes ſuas expediunt. Quem computandi modum perquam expeditum, in calculo præſertim ſexagenario, non ſemel optimo ſucceſſu ipſemet uſurpavi, tantoque magis probavi, quod abſque calamo & chartarum lituris omnia non aſpernando compendio poſſunt ad calculum revocari. De Peruanorum Funiculis, Quipos dictis, quos literarũ & numerorũ loco uſurpant*, Vid. Arn. *Mont. Japan.* 331. *a.*

99. *Vini bibitionem.* Eam poſtèa Chingus, *Chevarum* ſecundus, ſumoperè extrà ſacrificiorũ uſum improbavit H. S 92. Prima hujus rei mentio extat Gen. XI. 20.

100. *Muſica Inſtrumenta.* H.S. p. 13. de Fohio: *Muſicum Inſtrumentum adinvenit, triginta ſex Chordis inſtructum.* Heidegg. VI. 13. Gen: IV. 21. *Jubali* Cainitæ Cynaræ & Organi inventio tribuitur. Et, quod hîc præteritur, Tubalcaino tractandi æris & ferri opificiũ.

101. *Nivaxi ... Regina.* Præterit hoc H. S. Eſtque exemplum muliebris

Soror ejus [101] *Ni-va-xi* nomine erat. Quæ poſt ipſum *Regina* conſtituta eſt.

Poſt hanc

(13.) *Gaun Gaunxi*	(14.) Tai tanxi.
(15.) Ven chunxi.	(16) Chun Bajek.
(17) Ulixi	(18.) Bilenxi.
(19) Chai xu xi.	(20.) Sun ju xi
(21.) Chun dun xi.	(22.) Chu Bang xi.
(23.) Gunen xi.	(24.) Gau xen.
(25) Hem gan xi.	(26.) VVachwa xi.

imperarunt. Poſt ad *familiam tertiam* tranſlatum eſt regnum.

CLASSIS III.

Xin-nung, Rex *viceſimus ſeptimus*. *Corpus* ejus quaſi *ſerpentinum* erat. Habebatque *caput* hominis *unum*. Ejus tempore inſtrumenta & modi [102] *agricultura* cum *bove* & ſimilibus inventa ſunt, ac primùm omnium ſatum eſt * [103] *Medicamenta* etiam primus ad- 16.
hibuit,

imperii ſatis antiquum. Fortè & hîc *Ti* pro *xi* legendum eſt.

102. *Agricultura*. H.S.p.13. *Sub hoc tempus, cum ingens hominum multitudo, toto diſſeminata regno, carnibus tantùm in herbis ſpontè naſcentibus veſceretur; feris propè omnibus abſumtis, vix alimenta deinceps ſuppetebant ſuſtentandæ vitæ neceſſaria. In eâ rerum penuriâ imperator naturam ferendis ultrò frugibus ad mortalium alimoniam non ſuffecturam arte cultuque juvit, aratro & reliquâ ruſticationi aptâ ſupellectili primitus inventâ. Ita terra ferro ſubacta quinque frugum genera, triticum, oryzam, milium, frumentum Indicum, legumina progenuit. Agriculturam* contra ſecundum *Ægyptios invenisse traditur* Μαρίγας, aut. *Jul. Pollux*. IV.7.§.11. Et *Oſiris*, aut. Tibullo I.7. Et ſecundum Græcos Triptolemus.

103. *Medicamenta etiam*. H. S.p.13. *Her-*

hibuit, & *plantarum vires* exploravit. Rationem item [104] *mercandi* invenit. Novum quoq; inſtrumentum *Muſicum quinq;* chordarum. Quod *Ku-puz-gim* vocabant. Poſt eum

28. *Vai-chang*, 29. *Dilem vai*,
30. *Sing vai*, 31. *Chai vai*.
32. *Lai vai*. 33. *Nai vai*.

regnabant.

Succeſſit *Familia quarta*.

CLASSIS IV.

[105] *Xin-ſien*, Rex ſuprà triginta [106] quinque, habebat filios. *Secundogenitus* ſtrenuus literatus & ingenioſus erat. Hoc tempore *Genius* vel *Dæmon* erat, ex iis, qui *Quei* dicuntur.

Ei

---

barumque vires in expellendis morbis expertus, non in alieno, ut multi ſolent, ſed in ſuomet corpore periculum fecit, quid in ſtomacho ad concoquendos cibos aliisquè in membris aut morbis efficerent; cui malo creando vel extinguendo ſufficerent. Et hoc tanta ſolertia ſucceſſuque fecit, ut eum vulgò oculis plusquam lynceis crederent omnia hominum corporumque arcana perſpicere. Fama eſt, eum unius diei ſpatio ad ſexaginta venenatarum herbarum genera cum totidem earum antidotis diſtinxiſſe; quem idcirco Medicorum Principem & auctorem nominant. Ad hac usque tempora certè ſimplicium medicamentorum uſum, & vires exinde callent, ab optimis eam in rem libris ita inſtructi, ut Dioſcoride vel Mathiolis non indigeant; Et ne pictore quidem alienigenâ, quando iisdem libris planta ac radices omnes nativis coloribus ac figuris adumbrantur.

104. *Mercandi*. Hujus negotij *inventionem* Mendoza Sujo tribuit.

105. *Xin-ſien*. Hic *Hoangti* eſt. Quem *Xin-Sien* voco, quia *Primus* eſt, quem Sinæ ſic appellant, inque numerum im̃ortalium (id n. eſt *Xin-ſien*,) referunt. Et quia Abdallæ textus *Xen-ven* habet. Quod tamen nomine *Ximnung* ſuperius venit.

106. *Quinque filios*. H. S. p. 18. *Viginti quinque mares genuit, de quibus quatuordecim contracto matrimo-*

Ei *caput* æneum, *frons ferrea* erat. Vorabat a. lapides & arenas. Idem creaturis, hominibus maximè, damni nimium creabat. Quique ei reſiſteret, non erat.

Rex verò, quem dixi, * ſeptiduum cum Dæmone illo gerebat bellum. 17.

Cumque manum amplius levare non poſſet, mœrore exinde *melancholico* corripiebatur, inq; ſomnum ſolutus *ſomnium* vidit. Eo tempore *arcus & ſagittæ* nondum erant. Ipſe verò per ſomniũ in aulâ *DEI* eſſe ſibi viſus eſt. Viditq; in *Paradiſo*, qui ſagittam & arcum teneret. Percontabatur: *Quid eſſet?* Et ὁ δεῖνα utilitatem rei illi exponens, uſum quoq; eum docebat. Regi verò in animũ veniebat, hæc arma neceſſaria eſſe ad profligendum hoſtem Dæmonem. Evigilans ergò, cùm figuram mente teneret, ad idéam viſorum & ſagittas & arcum parabat. Inque prælium cum Dæmone rediens, internecioni eum dabat.

Eodem tempore [107] *ſericum* & * *telæ* textura non-

---

nio plures illi nepotes procrearunt, quos vivus adſpexit.

106. *Quei* H. S. p. 2. *De Angelis bonis & malis meminere paſſim, illos Xin, hos Quei vocant.* Vid. *C. m. n. Alph.* p. 24. a. f. Principem Diabolorum *Tj-tſoe-qui* vocant, autore *Wrichtio.*

107. *Sericum.* Similiter H. S. 25. *Interea conjugis partes erant, bombycum* educationem, byſſi ac SERICI CONFICIENDI RATIONEM reliquas mulieres» docere. Etſi enim bombycum ſoboles &» opificium Sinis ante non erant ignota;» ars tamen eorum telam pertexendi, ut fe-» rè in rerum omnium initijs contigit, ad-» huc rudis & ſine arte fuit. Illud Sinis» honorificum & fidei conſentaneum eſt,»

Digitized by Google

nondum erat. Homineſque *arborum folijs* ſeſe obtegebant. Rex idem *Paradiſi* incolas denuo vidit, elegantibus tectos veſtimentis. Sciſcitatus, quid rei eſſent, didicit. Expergefactus ſimilia fecit.
18. *Serica* fila nendo, *texendo, conſuendo. Idque homines alios docuit.

Ejus ætate vir erat,[108] *Ounan* nomine, Artifex eximius. *Inventor* magnorum operum. *Navium* ſcilicet, *carpentorum*, *diſcorum*, aliorumq; inſtrumentorum *ligneorum*. Idem *urbes* è *ligno* ſtruxit. Itemque *arcas* pro *defunctis* recens fecit. Neq; ante homines ſepeliebantur. Rex igitur, ut quiſq; de-

ab ijs in Aſiam & Europam id *genus opificij, ut à fonte dimanaſſe*. Conf. p. 39. 287.

Sic & *Trigaut*. Exp. Chr. I. 2. p. 4.

„ Nihil etiam dubitarim, eandem regio„nem quoque eſſe SERICAM: Non enim „alio in regno ullo ad Orientem, niſi a„pud Sinas, ſericum, ejusque vis tanta re„peritur, ut non incolæ ſolùm univerſi, o„pulenti æquè prope ac tenues eo induan„tur, ſed etiam in finitima omnia regna ex„portetur. Luſitani ſanè negotiatores aliâ „nullâ merce onerarias ſuas libentius con„ſt[illegible]ant, quam Sinenſi ſerico, quod in „Japoniam Indiamque univerſam diſtra„hendum immittant. Hiſpani quoque, „Philippinarum Inſularum Incolæ, naves „ſuas in novam Hiſpaniam orbemque il„lum univerſum onuſtas Sinenſi ſerico tranſmittunt. In Sinarum quoque ANNA„LIBUS reperio operis artificium ſerici an„nis *ante* Chriſtum natum *bis mille ſex*„*centis triginta & ſex*. Et apparet, ex„ hoc regno in reliquam Aſiam, noſtram„que Europam, imò & Africam, id ge„nus opificij tranſmigraſſe. Vid. *Urſin.* de *Scribus* p. 379. ſ.

108. *Ounan*. Chaldæi *Noam* Oannem vocabant. Vel *Otiartem* potius, autore *Alex. Polyhiſt.* ap. *Cyrill.* libr. 1. adv. Julianũ. اونان *Ounan* Mogolicè الثمن eſt. Hoc eſt, pretium, aut octava pars, aut الحكم Hoc eſt, *Philoſophus*.

Digitized by Google

defunctis ſepulchrum faceret, mandavit. Et ex univerſis conſtitutionibus ejus, quas Mogoles *Jaſa* vocant, hæc una erat: Quemcunque de familiâ *regiâ* defunctum ſeptimo die domo efferendum, inq; agro peculiari loco abſcondendum; ibidem per ſeptimeſtre ſpatium relinquendũ, poſt illa ſepulchro inferendum eſſe. Altitudo buſti regii, tres cubiti. *Emirijs*, quos *Mandarinos* vocant, quinque dies & quinque menſes dati ſunt. Altitudo verô buſtorum bicubitalis. Prætereà [109] *cupreſſum* aliasq́ue arbores ad caput defuncti plantant. *Vulgo* tres dies & tres menſes conceſſi ſunt. Altitudo verò
*buſtorum quatuor ulnæ ſepalmares. Licetq́ue 19.
ijs *ſalices* ad caput defuncti plantare.

Rex idem novem [110] *Urbes* ſtruxit. 1. [111] *Vi-cheu* vide-

109. *Cupreſſum.* Arbor funeralis. Trig. p. 15. *Cedrum quoq; videbis, funeſtam Sinis arborem. Ea maximè ad Sarcophagos cadaverum utuntur, quæ à Sinis tanti habentur, ut ſæpè in funebrem loculum ſuprà mille aureos non malè collocatos putent.* Intor-cett. 316. *Reliquum* (ſepulturæ) *ſpatium arboribus, quæ ferè omnes cupreſſi ſunt, conſeritur, additurq; murus per circuitum, ſi libuerit.*

110. *Urbes.* Urbes ante diluvium conditæ.

1. *Hanochia.* V. ſuprà. n. 69.

2. *Joppe.* Plin. V. 13. Solinus, Mela.

3. *Heliopolis* in *Sipparis*, Abyd. ap. Euſ & Cyrill.

4. *Roba* & plures aliæ. De quibus *Malatienſis*: Fertur Hermetem primum (Enochum) centum & octoginta urbes condidiſſe, quarum minor, Roha. p. 7.

5. *Iconium.* Vid. *Steph.* in *Iconium.*

111. *Vi-cheu.* Ita M. S. *alterum.* Eſt urbs iſthæc in *Pekingenſi* territorio,
ad occaſum *Regia*,
ad Notapeliotem civitatis *Paogan*.
Locus, quem *Hoangtij rudera* vocant. Traduntque ibi civitatem extitiſſe, quam Hoangti excitaſſet.

Digitized by Google

videlicet 2. *Sing-cheu.* 3. *Ki-cheu.* 4. *Su-cheu.* 5. *Ju-cheu.* 6. *Pin-cheu.* 7. *Lang-cheu.* 8. *Gu-cheu.* 9. *Jang-cheu.* Quas item abſolvit. Cumque filij ejus deficerent, ex quibus *octodecim* perſonæ regnum tenuerunt, id ipſum ad *familiam quintam* translatum eſt.

CLASSIS V.

XAO-HAO-gem-ten-ti. Rex quinquageſimus tertius.

Hujus, uti tradunt,[112] *nemo pater* erat. Mater verò *lucem* quandam conſpecta inde *gravida* facta eſt, eumque peperit. [113] *Huma*, avis anteà non viſa, ejuſdem tempore in conſpectum venit, ac deſuper *Hordæ* illius volitavit. Hoc tempore coeptum eſt urbes in vicos diſtribui. Rex ipſe ad miraculum *juſtus* erat, *prudens*, excitati ingenij, etiam *Geometriæ* ſciens. Poſt eum *decem* de genere ipſius Reges imperium tractarunt. Pòſt quos Dynaſtia ipſorum expiravit. CLA-

112. *Nemo pater.* Contradicit H. S. Martinij. ubi enim *Xao-hao Hoangtij filius* dicitur, p. 20.

113. *Avis Huma.* Similiter H S. p. 20. Aves autẽ *Xao-hau* ceteris animantibus idcirco prætulit, quod ſub initium Imperij *Solis avis* apparuit, cujus adventu felicitatẽ regio portendi vulgo exiſtimant. Quod ſi hæc avis diu non ſit viſa, Imperatoriæ familiæ interitum & futuros bellorum motus ominantur. Quænam verò ſit hæc avis, non liquet. Ex formá, quâ eam pingunt, aquilam crederes, niſi plumarum mira & diſcolor varietas obſtaret. *Phœnicem* ut eſſe ſuſpicer, ejus raritas perſuadet. Sinæ *Fung-hoang* vocant.

Digitized by Google

*CLASSIS VI. 20.

Chuen-Fu-ga, Rex *ſexageſimus* tertius,[114] è proſapia regis trigeſimi quinti *Xin-ſien* erat, Auguſtus, Eucheta, juſtus,[115] ſupplex ergà *Deum O. M.* religioſus ac valde devotus. Ejus tempore optimè vivebatur. Poſt eum *novem* de genere ejus Reges imperarunt.

CLASSIS VII.

Dai-CO-gas-ſing-ti, Rex ſeptuageſimus tertius. Ejus tempore *cunæ, tympana, tintinnabula & campanæ* inventæ ſunt. Erat eo tempore Philoſophus magnus, *Gi-ſun-zi* nomine. Hoc Præceptore utebatur. Magnos in literis profectus faciens. *Libros* etiam componens. Imperium verò poſt octavum ſui generis ſucceſſorem ad alios tranſijt.

CLASSIS VIII.

Dio-li-JAO-tang-ti, Rex *octuageſimus ſecundus* Patruelis filiorum *Xin ſien*, Regis *trigeſimi* quinti.
*Ajunt eum non niſi quatuor menſibus in *utero* matris fuiſſe. Gerebat palpebras &[116] ſupercilia 21.

114. *E proſapiâ regis 35. Xaohani* ſcil. patruelis, Hoangtij è fratre nepos. H. S.21. Struxit urbem *Pao-ting*. A.25.b.

115. *Ergà DEUM.* H.S.21. Omnium primò labefactatam priorum annorum *fato religionem reſtituit, inſtaurata Majorum pietate*, ut *unum omnes ſupremum cæli Imperatorem ſtatis ſacrorum ritibus colerent. Additum, ne cui alteri quam Imperatori ſacris ſuis eſſet operari. Tanti faciebant ſua ſacrificia, ut ſacerdotalem dignitatem, quæ ipſis ſumma habebatur, non niſi cum ſceptro vellent eſſe conjunctam.*

116. *Supercilia octo colorum.* Similiter H.S. p.26. *Ceterum Yaum ſuperci-*

lia octo *colorum*. Suntque ab ipſo quaſi *miracula* edita.

Ejus tempore [117] duo *Angeli* veniebant. Unus in formâ *bovis*; Alter in formâ *Arietis*. Hi ad dextram & ſiniſtram ejus conſidebant. Quòd ſi quis *Emiriorum* & *Sacrificulorum*, qui in aulam veniebant, animo ergà Regem malè affecti eſſent, eum vacca dentibus, aries cornibus corripiebat.

Poſt illa per intervallum temporis *aries* mortuus eſt & locô illo, quem occupare ſolebat, arbor prodijt, cujus altitudo octo ulnarum erat. Comodum ejus hoc erat. Singulis menſibus per quindecim dies folia producebat, quæ reliquis quindecim diebus decidebant. Pòſt, per aliud temporis intervallum, etiam bos leto dabatur; Rex verò triſtitiæ. Quòd hoc ſævum aliquid portendere videretur. Sed & bovis loco [118] arbor
22. ſuccrevit, * tres ulnas alta. Vertex ramorum ejus ſpinæ erant. Veniente malevolô, qui veſtem regiã adoraret, arbor alterum ramũ terræ infigebat. Ita Rex ex tempore de adverſario certior fiebat. Veniebant etiam *triginta duo* Viri admodum venerabiles è diverſis regnis. Qui

lia vario tincta colore atq; in Iridis modum micantia habuiſſe invenio.

117. *Duo Angeli.* Angelos eſſe *Pythagoras* primus tradidit, ſec. *Simplic.* in l. de Anima. Id quod non Scripturæ tantum Sacræ contradicit, ſed & Sinenſium Hiſtoriæ. *Yaus* n. annis præter propter 1780. ante Pythagoram vixit.

118 *Arbor.* H.S.18 de *Hoangtio: Miraculi ſpeciẽ habet, quod ſequitur. In ejus pala-*

Qui ab ejus ore pendebant. Et multi tum temporis concinnabantur *libri*.

Ceterum ſuper ejus quoq; caput [119] avis *Huma* ſe demiſit. Hoc eſt, aquila. Quam in linguâ Chatajâ *Gam* vocant. Eam in hoc regno venerantur. Numerus *colorum* ejus 366. ſecundum numerum *Cyclorum* anni.

Erat ei filius unicus, *Tan-gu* nomine. Quem Pater regno haud aptum videbat. Præcavit ergò, ne Rex fieret. Mandans ut homines conſcriberentur ſapientes, prudentes, intelligentes, è quibus aliquem re-
gno præficerent. Ex omnibus ergo tractibus *[119] *de-* 23.
cies mille juvenes intelligentes & ſapientes & ingenioſos conſcribebant. Sed ex ijs ne unum quidem ingenio ſuo convenientem Rex inveniebat.

Mille ergò alios coëgerunt. Cum ecce Rex ipſe [120] *ſuffitum* excitaret, *precesq;* DEO maximo litaret: Quandoquidem ipſi filium aptum regno non dediſſet, & ex decies mille hominibus dignior inventus non eſſet, ut è mille hiſce dignum ſeligeret. Tunc ali-

---

tij atrio herba creviſſe fertur, cujus ea vis & ingenium: ut ſi quis malus regiam ingrederetur, confeſtim in venientem, prona inſtar heliotropij, ſe obverteret. Quod germen ſi paſſim in hortis aut atrijs magnatum creſceret, quanto plures aulis abſtinerent, qui nunc latentium ſcelerum ſecuri, hujusmodi proditores non timent. V. *Mendoz.* p. 65. Qui item de *Hoangtio* loquitur.

119. *Avis Huma.* V. ad p. 19.

120. *Decies mille.* De hôc numero vid. *Comm. Alphab.* 26. 2.

121. *Suffitum & preces.* De *Sacrificijs* Sinarum vid. H. S. 2. m. 35. ppr. 193. m. *Confut.* paſſ.

Digitized by Google

aliquem oſtendit, *Tu-giſt-jud-ju-ti* nomine. Hic vultu plane Socratico erat. Imò inſtar draconis. Et uterque oculus [121.] *duas* habebat *pupillas*. Sed [122.] Patriſque matriſque veſtigijs probè inſtiterat. Hunc eligebat. Ipſique [123.] vivus regnum tradebat.

CLASSIS IX.

24. *Di-XUN-jud-ju-ti* Rex *octuageſimus-tertius* * regnavit annis novem.

Tempore ſuo *quatuor Tyrannos* cepit & internecioni dedit. Sic pax populo reddita. Paravit ſibi buſtum ligneum & figulinum. Ædificavit *decem urbes*. Filium ejus [124.] *Tu* quendam nomine, Familiæ *Hia*, regem ipſo vivente deſignarunt.

CLASSIS X.

Hia-Tu-ven. Ejus tempore *per duodecim annos* continuos [125.] terribilis *pluvia* fuit. [126.] *Diluvij* inſtar.

---

121. *Duas pupillas*. H. S. pag. 31. de *Xuno: Ferunt eum in quovis oculo geminam pupillam habuiſſe*. Vid. ſeqq.

122 *Patris*. Eum Sinæ *Cu-ſe* vocant. Hoc eſt, *cæcum* & *mutum*. Parentum nequitiam ita exprimentes. H. S. 21.

123. *Vivus regnum tradebat*. H.S.29. *Yaus tam bono ſucceſſore lætus, elapſo triennio eum imperij conſortem fecit. Quo munere ille vivente Yao ipſos viginti & octo annos magno reip. bono perfunctus eſt.*

124. *Tu quendam*. Similiter H.S p.33. *Hoc labore* (canalibus impenſo) *ut & eximijs virtutibus, quibus Yuus excellebat, adeò ſibi Xunũ* (Imperatorem) *devinxit, ut ſuiſmet filijs poſthabitis illum in imperij ſocietatem adſciverit. Hoc, quod rarum eſt, annos 17. concordi poteſtate tenuerunt*. V. p. 29. f. & 34. pr.

125. *Terribilis Pluvia*. Similiter H.S.26. *Aquis enim terra magnam ſui partem caſtigata, ſuccedentibus advenis anguſtior eſſe cœpit. Eas, Autor Sinicus ait, diluvio invectas. Ego malim credere à Noetica inundatione ſuperſtites in extrema hujus Aſiæ planitie, locisq; depreſſioribus reſediſſe; aut peculiari eluvie Sinas inundatos. Niſi forte à diluvio Noetico aquarum im-*

ſtar. Sic, ut anterior mundus aquam caperet & quamplurimæ creaturæ perirent. Præter aliquos, qui

petæ rupti fluviorum alvei, aut aggeſto ſabulo repleti, ſtagnandi legem aquis impoſuere, cujus impatientes, extraq; littora ſua effuſa, omni ex parte Sinarum plana mergerent. Utcunq; ſit, Imperator ad eas in mare derivandas, vel certè ripis & aggeribus coërcendas, Quenum cum amplâ poteſtate præfecit. Is poſtquam *novem ipſis annis nihil effecit, vel quod parum eſſet harum rerum peritus, vel quod illi negotio impares vires ſuas duceret, Imperatoris juſſu capite negligentiæ pœnas dedit. Inde alium operi præfecit, qui peritior, & alterius malo ad dicto parendum intentior, tandem aquis exitum aut alveum fecit. Et quoniam hoc Imperatore de aquarum corrivatione offertur mentio, quas Sinica hiſtoria diluvium vocat, &* EUROPAEI CHRONOLOGI *ex certiori opinione ad hujus Imperatoris tempora Noëticum diluvium reducunt; facilè conceſſerim, omnem gentis hiſtoriam ad hæc usq; tempora vel confictam fuiſſe, vel ea narrare, quæ ante Noëticam eluviem contigere, quorum in arcâ fortaſſe ſervata memoria. Nam & alia plura, quæ ad* NOSTRA *etiam* SACRA *ſpectant*, AB OBLIVIONE *& interitu* INIBI VINDICATA *fuiſſe, doctorum virorum eſt opinio. Verùm Sinis hæc talia perſvaſa velle, temerarium foret, ſcriptorum ſuorum fidem, oraculi vicem tuentibus & ab eo, quod ſemel credidere, non dimovendis. Mihi verò religioſum non ſit,* YAUM *hunc noſtrum eundem cum* JANO *dicere, ita nominum & temporum affinitate ſuadente; qui Janus multis Noe fuiſſe creditur. Quanquam multa dein à vero procul remota Sinæ ſuppoſuere. Fatentur enim, ſuæ gentis hiſtoriam* XUNO *poſt* YAUM *imperante, uti & librum* XUKING *dictum, primùm inchoatam, nec cum typo, ſed ſtylo ferreo foliis inciſam. Nondum enim vel ſub Xuno, vel proximis Imperatoribus* TYPOGRAPHIAE *uſus exſtabat. Sed hæc omnia in aliorum judiciis relinquo.*

Pintus iterum *Greporum ſententiam* ſic refert p. 314. Als die Sünde der Menſchen mehr und mehr zugenommen / habe GOtt den Wolcken des Himmels geboten / daß ſie ſich ſolten über die Erden durch einen ſtarcken Reegen ergieſſen / und alles Lebendige erſäuffen / auſſer einem Gerechten / und ſeinem Hauß-Geſinde / welche GOtt in einem groſſen höltzernen Hauſe errettet hätte / von dem ſeithero alle Menſchen entſproſſen wären. Hæc propius accedunt *Hiſtoria Noachica* Domus lignea, arca Noæ erat. *Naves* n. majores vulgò *Pan-cung* vocant Sinæ. Hoc eſt, *lignea palatia.* H. S. 312. m.

Similia *Japones* narrant. Omnem ſc. terram diluvio abſorptam eſſe. *Uno* excepto homine, *Deorum hoſpite*, ejusq; familiâ, in ſpecu ſervatis. Inductis etiam regionibus *Nifon*, *Mangi* & *Legvi*.

Myris, Rex Ægypti, ut intempeſtivam Nili redundationem exciperet, lacum circà Memphim effodit, cujus profunditas 200. cubitorum, magnitudo 360. ſtadiorum erat. *Micr.* H. M. 63.

qui fabricatis [127] *navibus* ſe committebant, alioſq; qui in [128] *montibus* hærebant. Rex verò apud ſe cogi-

126. *Diluvij inſtar.* H. S. p. 3. *De diluvio multa eſt apud Sinicos Auctores mentio. De illius* origine cauſaq; *nulla.* Quod *proinde* Noëticum *fuerit, an aliud* Sinis peculiare, *quale* Ogygium *olim in* Bœotia, *in* Theſſalia Deucalioneum, *nondum liquet. Illud pro certo compertum*, Sinenſem *de diluvio* Hiſtoriam *non multum à Noetica abeſſe, quippe quæ* ter mille circiter annis vulgarem Chriſti epocham *prægreditur.* Hæc ille. Vid. pag. 21. pr. Et ſunt multi, quorum temporibus olim diluvia terras inundaſſe ſcribuntur. Præter *Noachicum* ſcilicet etiã *Ogygis* tempore *Bœotia*, & *Deucalionis* ætate *Theſſalia*, & *Xiſuthro* vivente *Aſſyria* cataclyſmo perdita eſt. Vid. *Pindari* IX. Olymp.

de *Deucalioneo* diluvio, Schol.

de *Ogygéo*, Varron. III. de R. R. præf.

de *Xiſuthréo*, Alex. Polyh. & Abydenum ap. *Euſeb.* & *Cyrill.*

Plato quoq; in Timæo diluvij meminit è *Patenit*, Sacerdotis Ægyptij traditione. V. *Diod.* Sic. *Peruani* itidem memorant, totum genus hominum aliquando diluvio exſtinctum eſſe; *Septem* tantùm *Incas* in ſpecu *Pacaritambo* evaſiſſe. Ex ijs inſtauratum eſſe genus hominum. Vid. Joſ. *Acoſtam*, *Laet.* de orig. Am. 83. 105. *Horn.* ad Sulp. Sever. 15. 2. *Deucalionem* verò à Græcis vocari, qui à *Chaldæis Noe*, *Philo* autor eſt, l. de Præmijs. *Tzetza* Noam etiam *Dionyſum* & *Oſiridem* vocari tradit, Chil. I. 335.

Imò eſt, qui ſuſpicietur, non *Deucalionis* tantùm & *Noæ*, ſed *Ogygis* quoq; *Xiſuthri* & Phoronei, ſimiliumq; forte etiam *Yui* nomen unum idemq; ſignificare, ſi *Linguarum origines* excutias. *Deucalionem* tamen *Scytham* vocat *Lucianus* l. de Deâ *Syr.* Porrò Scholiaſtes Pindari l. c. non temerè ſcripſit, Græcos Noæ Cataclyſmum è noſtris ſuffuratos eſſe. Omnia enim pariant.

Meminerunt profani illi ſcriptores & *rei* & *circumſtantiarum* ferè omnium.

Meminerunt ſcilicet

Cauſa, ob quam diluvium ſit immiſſum. Malitiæ enim hominum hoc ipſum tribuunt.

Arca, Apollodorus, Nic. Damaſc. Theophil. Antioch. Alex. Polyh. Plutarchus, Lucianus, Beroſus.

Autoris, cujus *oraculo* diluviũ prædictũ; *juſſu* verò arca fabricata ſit. Quem *Saturnum* vocat *Alex.* Polyh. & Abydenus.

Servatarum volucrium, *reptilium*, *jumentorum*. *Alex. Polyh.* Lucianus.

Montis, ubi arca reſedit. Cordyæum vocat Beroſus.

Columbæ emiſſa Abyden. & Plat.

Corvi emiſſi Herrera de Peruan.

Omnium propè hominum deletorum, Lucianus.

Paucorum ſervatorum, Molo apud Euſeb. IX. 19.

Sola *temporis ratio* non convenit.

Deucalion enim & *Phoroneus* ad Moſis ætatem referuntur, &c.

Digitized by Google

cogitabat: *Hoc meo tempore accidit*, & *creaturæ perierunt*, *non aliâ* (uti velut in *ſpeculo* mihi videor) *de causâ*, *quàm pravorum actorum & cogitationum mearum.* Cœtum ergò hominum reſiduum convocavit. Et [129] *canales*, per quos aqua flueret, fecit. Donec aquæ ex ſingulis locis, * quò ſeſe collegerant, in mare derivaretur & tellus provinciarum ex- 25.
ſiccaretur.

Canales n. illi novem, qui in *Chatajâ* fuerant, illô tempore diſrupti erant.

Illo tempore *homines* [130] *quadraginta ulnas longi* erant.

Poſt

Ceterum *de Diluvio notandum*, *in ejus Hiſtoriam fermè omnium gentium deſinere*, *etiam eārum*, *quas diu incognitas Parentum noſtrorum ætas notitia noſtra tradidit.* Grot. V. R. C. 16. *Dico* etiam, *quicquid narrationum de rebus ante diluvium affertur*, *quod Prophetico ſermoni non innititur*, *nudam eſſe conjecturā atq; opinationem*, *cum nemo ſit*, *qui eas memoria prodiderit.* Malat. p. 9.

127. *Navibus.* Unius tantum meminit *Moſes.* Eam תיבה *Teba* vocat. Λάρναξ verò dicitur à *Joſeph.* I. 4. *Apollodoro*, *Nic.* Damaſc. *Plat. l. an* animantia terr. *Polyhiſt.* & al. quos *Theoph.* Antiochenus laudat, libr. III.

128. *Montibus.* In montibus arca tandem reſedit, quâ Noachidæ ſervati ſunt. Sed & *Nicolaus Damaſcenus* tradit, multos profugos in monte *Baris* ſervatos eſſe. Vid. *Schick.* Tar. 26. ſ.

129. *Canales.* Vid. *Chataj.* p. 29. b. 35. b. 30. a. 84.

130. *Quadraginta ulnas longi.* *Mendoza* de *Vitei* p. 64. pr. *Dicono di lui fra l'altre coſe, ch'egli era alto di ſtatura nove miſure della China, le quali, eſſendo ciaſcuna lunga intorno à doi terzi della vara di Spagna, fanno ſecondo queſto calcolo ſei vare d'altezza; & ch'era largo ſette palmi nelle ſpalle; & che fù non men valoriſo d'opre, che grande di corpo.* Quid a. *Vara* ſit, idem in *Indice* exponit, ubi ſic habet: *Vara eſt un braccio commune da miſurar ſecondo l'uſo d'Itália.*

Digitized by Google

Poſt hunc regem *ſedecim* de genere ejus regnarunt.

CLASSIS XI.

[131] *Xang-Tang*, Rex *Centeſimus primus.* De Proſapia *Vai-co-gu-ſing-ti*, regis ſeptuageſimi tertij.

Hujus tempore [132] *ſeptem annis non pluebat.* Ita *fontes & flumina* exſiccabantur. *Agricultura* fruſtrà erat. Tum *fames* ſequebatur. Rex: *Hæc omnia ait, à peccatis meis oriuntur.* Mandavit ergò, ut ligna

131. *Xang-tang.* Hoc eſt, *Tangus*, familiæ *Xanga* conditor.

132. *Septem annis non pluebat.* H.S. p.60. *Sed ejus pietas ergà ſubditos in una re omnium maximè enituit. Cùm enim ingens eſſet toto ſeptennio terra ſiccitas, nulla interim de cælo aquâ veniente; itum è ſuperſtitione gentis ad* ſortem. *Ea ſic decrevit, ut unius hominis precibus ac morte cælum omnium vicem placaretur & remolleſceret. Quod ubi ad Tangum relatum eſt,* PLUVIA, *inquit, ut commune bonum populo, cui præſum, à cælo datur. Eam ſi Fata jubent ab uno pro cunctis exorari; me potiſſimum inſtans calamitas manet. Locum omnium tenenti convenit, omnium cauſam agere. Qui prodeſſe debet omnibus, nocere nemini poteſt. In me igitur incumbit culpa factorum; quorum ictum ſi fas non eſt vitare, honeſtum erit pro publica ſalute vitam meam impendere; Sub hæc jejunium ſibi indicit, cæſarie unguibusq; quos promittere apud Sinas non leve nobilitatis ſignum & ornamentum eſt, præciſis, nudis pedibus corporeq; cinere terraq; conſperſo, hac prece ſe cælo piacularem victimam devovit. Inſcitiam aut ſcelus meum obſecro te ſupreme cæli Imperator, ne populus luat. Mihi te iratum habeam, modò parcas innocenti patriæ. At ſi ego fortè malè meos guberno, ſi domi meæ luxum ſplendoremq; juſto majorem tolero, ſi adulatoribus alienamq; famam obtrectantibus aurem nimis patientem commodo; meum id crimen eſt, me cælum ad pœnas depoſcat. In hunc ferè modum* ſexies *cæli Dominum obteſtabatur, cum repentè ingentibus procellis effuſus imber longè lateq; terras ſumma omnium lætitiâ rigare cœpit.*

gna multa colligerent ſeq; in pirâ comburerent. Sic enim fore, ut indignatio DEI ceſſet, & creaturis expiatô delictô parcatur.

Collectis adeò lignis, cùm DEUS ſeriam pœnitentiam & preces ejus reſpiceret, miſericordiam exercebat, perque ſeptem dies totidemq; noctes pluviam * demittebat. Cùm creaturæ poſt an- 26.
guſtiam ſterilitatis & annonariæ caritatis perdiu lætô, ubere & benignô annô fruebantur. Poſt eum [133] *viginti novem* perſonæ de proſapiâ ipſius imperarunt.

CLASSIS XII.

[134] *Cheu-Fa-vang*, Rex centeſimus trigeſimus primus. Pater ejus [135] *Chang-ven*, erat. Vir *Philoſophus*, & valdè integer. Sed & *Divinator* erat. Qualis ante ipſum *Fo-hi*, familiæ ſecundæ Rex primus. Hic, Patrem dico, imperii omen pro ſe habebat. Sed ut erat ſapiens, populi deſiderio non gere-

133. *Viginti novem.* H. S. p. 21. non niſi *viginti ſeptem* numerat.

134. *Cheu-fa.* Hoc eſt, *Fa*, familiæ novæ, *Cheu* dictæ, conditor.

135. *Chang-ven.* H. S. pag. 78. *Ille* (Cheus) *porrò anno Imperij undecimo ſummos præfectos tres legit - - - Changum, Kieum & Coum.* P. 81. *Changus è carcere dimiſſus ad ſuam ſe Dynaſtiam recepit, fuit ea in provincia Xenſi,* CHEVA *dicta. Hic jam pridem à Kilieo patre, quâ viâ virtutem ſequeretur, edoctus, modeſtè in ſuos, quanquam paucos, dominabatur; legum & juris tenax, pius, majorum natu reverens, qui juſtitia & æquitate omnes continebat in officio.*

Digitized by Google

gerebat morem. Attamen filium ejus [136] *Fa* nomine,
ſubſtituebant. Hic itidem ſummè erat ſapiens &
juſtus. Imo multis paraſangis anteibat patrem.
Hoc tempore in urbe, quam ibi locorum [137] *Chan-*
27. *Balic* vocant, [138] *Che-gu*, Rex erat, *Qui ibidem
totos LX. annos regnaverat. Triginta quidem in æ-
quitate & juſtitia tranſigens; triginta verò in perver-
ſitate & transgreſſione. [139] Uxor ejus *Ta-ki* erat,
quam perditè amabat. Erat item regi Conſilia-
rius valdè ſtrenuus, *ULI* nomine. Huic mandabat,
ut ex omnibus civitatibus pro ſe vinum & victua-
lia multa comportarent, magnumq; [140] palatium
ſtrue-

136. *Fa nomine.* H. S. 84. *Faus ergo ad paterni regni gubernacula acceſſit anno vigeſimo & altero, quam Cheus imperare cœpit.*

137. *Chan-balik.* Peking.

138. *Che-gu.* Cheus. H.S. 77.

139. *Uxor Ta-ki.* H. S. 78. *Uxorem habuit Takiam, omnium penè malorum vel authorem, vel adminiſtram. Ea, ut forma cæteras mulieres: ita nequitia anteibat omnes. In cujus gratiam cum nihil non faceret Rex mulieroſus; ex illius arbitrio Præfecti alij officio dejiciebantur, alij necabantur. Totius opes imperii ſuperbiâ luxuq; unius mulieris minores fuiſſe ſcribunt Sinenſes Hiſtorici. Hinc acerbiſſima exactione preſſa gens gemebat.*

140. *Palatium.* H. S. 78. *Inter alia fuit extructa turris, cui nomen à* cervis *inditum è pretioſo marmore rubro Kiung dicto. Portæ lucebant jaſpide, quam Yu vocant, achatæ noſtro non abſimilem, multi apud Sinas pretii. Altitudo turris erat cubitorum mille, latitudo milliaris Italici, ſeptem annorum opus. Sæpe ſuis centum & viginti dierum epulum dedit; Aſſuero in pompa paullò quidem minore, ſed frequentiore, quaſi præludens. Neq; nox juſtitium faciebat luxui: ob eam cauſam Changye, ſive nox larga dicta. Palatium, alioqui Sinis ſeverè clauſum & ſacroſanctum, patuit omnibus, adeò impunè, ut in eo non ſecus ac in foro mercatus inſtituerent. Hinc non merces modò, ſed etiam abominanda quæq; ſcelera eò invecta nonnullis civitatibus Reguliſq; beneficiariis locum ad defectionem aperuere.*

Digitized by Google

ſtruerent. Cui nomen *Chang-Ye-kiung* faciebat: Hoc eſt, *noctis larga palatium*. Omnia enim feneſtrarum lumina clauſa tenere ſolebat, ut decumanæ eſſent tenebræ. Multas contrà cereas accendens. Ita interdiu noctuq; vino ſe dabat, dicens: *Hæc juſta nox* eſt. Contrà hunc [141] *Cheu-vang* deditâ operâ [142] exercitum magnum ducebat. Quô per famam auditô, alter præ metu [143] ſe *in ignem* conjecit & combuſſit. Sicq; *Cheu-vang* regnum illud obtinuit.

Succeſſit ei *Ching-vang*, filius. (Huic * *Kang-* 28.
vang,

---

141. *Cheu-vang*. Rex prior *Che* dicebatur. Qui ſequitur, *Fa*. Hic familiam *Cheu* inſtituebat. Hinc *Cheu-vang* dicitur. Hoc tempore *Pey* & *Xoci* fratres de regno certabant, non ut id alter alteri præriperet, ſed ut uterq; reſpueret. H. S. 82. f. Confer. *Hiſtoriam Moſis* & leg. Hebr. XI. 24.

142. *Exercitum Magnum*. H. S. p. 84. *Statum regni præclarè Changus ordinaverat, ad inferendum Imperatori bellum magno, ſed occulto militum & armorum paratu. Queîs Faus apud ſe penſitatis, animum ad majora intendit, Cheum imperio pellere, vacuum ipſe invadere cogitans; populi adverſus Imperatorem fretus odio, & rei è ſententia gerendæ occaſione.*

143. *Se in ignem*. H. S. p. 185. *Hac victoria Fao quæſi per otium parta, longè alia Imperatori mens erat. Quippe victus à ſuiſmet, qui clàm cum Fao conſpiraverant, præcipiti fuga regiam urbem petens, cum primum pervenit in palatium, Imperatoris inſignia circumdat ſibi. Mox ignem ſubiiciens tectis, ſeipſum vivus exuſſit, ne in hoſtium veniret manus; digno ſceleribus ſuis exitu, ſe quoq; judice, reperto. Jamq; abſumpta incendio erat pars regia, quæ tota conſediſſet in cinerem, niſi eſſet ignis in tempore ſopitus. Fugâ Imperatoris audita Faus non tardiore impetu, quam ille fugiebat, inſequitur. Ingredienti regiam omnium prima ſe offert Takia; quam ſine mora obtruncavit gladio. Ita vacuum adeptus imperium, mox à regulis conſenſu denuò electus, novam domum Imperatricem conſtituit, quam tertiam vocant Sinæ.*

Digitized by Google

vang, filius.) Huic *Gai-vang*, filius, Rex 134mus Qui magni nominis & felix erat.

Ex omnibus hujus temporis hiſtorijs una hæc eſt.

Anteà in regnis *Chatai*, *Indiæ* & *Kiſmir* variæ erant ſectæ. Neq; *Propheta* erat, quem ſequerentur, religione & legibus inſtructum.

Imperante verò Rege, quem dixi, [144] *Xecmuni Berchan* quidam erat. Hunc *Indi*, *Kiſmirani*, *Tibetenſes*, *Chataji*, *Tangutani* & *Iguræi* pro Prophetâ habebant. Et omnes Aſſeclæ ejus doctrinam ipſius ſtrenuè propagabant. Sic anno 24. regni *Gai-vangi* rumor hujus rei in Chatajam tranſijt. Xecmuni Berchan verò annos LXXVIII. vixit. Ab ortu ejus in hanc lucem uſq; ad hoc tempus, annum videli-
29. cet * *Hegiræ* 717. ſunt anni 2339.

HISTORIA nativitatis *Xecmuni Berchan* ſecundum Chatajor. opinionem hæc eſt:

[145] *Pater* ejus è regno *Kiſmir* & *Ungluk* erat. Et

---

144. *Xecmuni Berchan*. Eſt hic *Xaca*. De quo vid. *Comm. Alphabet*. pag. 47. a. H. S. p. 94. *Anno inde vigeſimo ſeptimo* (erat is annus ante Chriſtum natum milleſimus vigeſimus ſextus) *natum eſſe Xacam tradunt*, *Indiæ Philoſophum*, *idolorum & transſmigrationis ad Sinas autorem: de cujus placitis tum plura memorabo, cum res anni poſt C. N. ſexageſimi quinti venient expiicandæ. Hujus n. anni menſe decimo penetravit ad Sinas*. Natus ergò fuerit Xaca ſecundum *Martinium* anno ante Chr. 1026. ſecundum *Abdallam* v. anno 1022.

145. *Pater ejus*. Alex. de *Rhodes* Catech. Tung-king. pag. 105. *Tribus itaq; millibus circiter annis à creatione mundi, & à confuſione linguarum paulò plus quam mille annis, fuit in India quidem Rex nomine* TIMPHAM,

Digitized by Google

Et è provinciâ quidem *Bukja Pilavi.* *Ting-van* nomine, Rex iſtius provinciæ, judex & Princeps. Qui 84260. viros in præcipuis civitatibus & provinciâ habebat.

Hic *uxorem* habebat, *Muje Fucbin* dictam. Eam, uti loquuntur, virginem duxerat, ſed rem cum eâ non habebat.

Hæc in *horto*, cui *Lem Jebni* nomen erat, ſub arbore, quam *Eju-ketzjeb* vocant, dormiens â ventô & luce gravida facta eſt. Poſt illa 146. *Coſta lateris*

---

qui filium habuit ingenij acuti, ſed valdè ſuperbum: is prius quidem uxorem duxit, vicini Regis filiam, ex qua poſtquam prolem ſuſcepit, unicam filiam, invitâ uxore in eremum ſeceſſit ſolus, cùm eſſet magicis datus artibus, tum ut ſui admirationem pareret, tum ut liberius cum Dæmonibus ageret: duos autem præ cæteris Dæmones habuit magiſtros ALALAM *ſcilicet &* CALALAM, *inter quos ipſe medius ſedebat, illi docuerunt ipſum prius atheiſmum, dato ei nomine Thicca.* Idem Lex. Ann. p. 761. *Thicca primus fuit idolorum inventor in Indijs Orientalibus, natus eſt in ea Indiæ parte, quam Sinæ* thien truc coac *vocant, patrem habuit tinh phan vuong, matrem mada phu nhén con lí thien vuong, filius ejus vocabatur ca hàula. Duos habuit diabolos, qui illum artem magicam docuerunt,* ALALA *ſcilicet &* CALALA, *in montibus dàn dat ubi primum ſe recepit, cum reliquit uxorem poſt aliquot cohabitationis annos & ſeipſum fecit* BUT *id eſt, idolum, ſuis praſtigijs innumeros decipiens usq; ad octuageſimum ætatis annum, quo mortuus eſt in ſylva dicta* SALA, *mille circiter annis ante Chriſti Domini Nativitatem, tempore Regis Sinarum, dicti* BUA CHU. Conf. *Kirch.* Chin. ill. p. 152. *Bolland.* Vit. Sanct. ad 15. Januar. Froj. ep Indic. 208. *Marinus* della Miſſion. d. Gjapan. l. 9.10.

146. *Coſta lateris dextri. Japones* aliter de hôc ſuô *Xaca.* Referunt n. matrem per quietem vidiſſe *elephantem candidum*, qui *per os* ejus primum prodiret, poſt etiam per *latus ſiniſtrum.* Scilicet *virgine natum* volunt. Ideoq; *Xaca* dictus fuit, h. e. ſine origine & principio, Daniele *Bartolo* teſte. Qui addit per ſomnium hoc marito matris ſignificatum eſſe, ne de *pudicitia uxoris* neq; d. legitima nativitate filij dubium foveret.

ris dextri ejus rupta eſt & infans prodijt. Marito dicenti: *Noſti, me rem tecum non habuiſſe. Quis ille alter eſt, è quô gravida facta es?* reſpondit illa:
30. *In horto,* * *ſubter arbore* τῇ δεῖνα, *ex improviſo lux me circumfulſit, egoq; extrà me fui. Neq; novi, quid rei fuerit, è quâ impregnata fui.* Sed & eô tempore, cùm hic naſceretur, [147] *novem dracones* ex aëre delapſi ſunt, aquam ex ore ſuper eum emittentes [148] eumq; in pelvi abluentes aureâ. Pôſt, [149] ſeptem paſſus progreſſus [150] vocem emiſit infans: [151] *Me enim DEUS Prophetam miſit, donec alij Prophetæ exurgant.* Erat a. valdè ſpecioſus, eloquens, ſciens,

---

147. *Novem Dracones.* Præterit hoc H. S. NOVENARIUS Sinis ſacer. Vid. *Comm Mon. Sin.* p. I. *Draco* itidem. Vid. H. S. 11. ſ. 120. ſ.

148. *Eumq; in pelvi abluebant.* Similia de *Mohammede, Platone, Mida.* Vid. Roder. Tol. Hiſt. Ar. c. 1. Val. Max. I. 6. extr. 2. 3. Plin. XI. 14. Aureliano imperium portendebat ſerpens in pelvi ejus ſæpius conſpectus, autore *Fulgoſo* I. 4.

149 *Septem paſſus.* Paulò aliter Dan. *Bartolus*: Xacam, *infantem*, cunis exilijſſe, erectum ſtetiſſe, *ſeptem paſſus*, ad orientem feciſſe, *ſeptem* illa *veſtigia* totidem flores produxiſſe; Poſt illa Xacam digito oſculum fixiſſe, ac ſubinnuiſſe: *ſe aliquando Monarcham cæli ac terræ fore.*

150. *Vocem emiſit infans.* Similia narrantur à *Plin.* XI. 51. *Cælio* XXIX. 19. *Alex.* III. 15. *Marull.* V. 1. *Sabell.* X. 2. *Fulogoſ.* VIII. 1. *Bonfin.* II. 1. *Cromer.* IX. *Sigeberto, Reginone, Dodechino, Gagvino.*

151. *Me enim DEUS Prophetam. Arnold.* Montan. Japan. p. 112. 2. Was ferner Xaca für ein Meiſterſtück ſeiner Gottesfurcht an ſeiner Mutter bewieſen / war dieſes / daß er ſie ermordete. Seine Hände klebeten noch voll Bluts von dieſer Mordthat / als er die eine Himmelwerths auffrichtete / und die andere in die Erde ſteckete / mit überlautem Geſchrey: daß weder Himmel noch Erde jemand heiliger / als ihn hätte. Hierauff begab er ſich in eine tieffe Höle eines abgelegenen Berges / da er ſeine Bücher ſchrieb; und nach dem Zeugnüſſe der Siniſchen Geſchichte / achtzig tauſend Lehrlinge unterwieſe. Aber aus dieſer Anzahl ſchichtete

Digitized by Google

ſciens, perfectus. Annos [152] *novendecim* natus in [153] in *montem* quendam abijt, ibiq; quinque annos commoratus eſt, nihil comedens. Tranſegit etiam ſex alios annos in monte, devotioni vacans. Dein prophetiam profeſſus eſt. Ac omnes regiones, *Kiſmir*, *Ungluck* & reliquæ *Indoſtanis*, ut & *Chataja* [154] *ſectam* ejus receperunt, eamq; re ipsâ ſequebantur. Porrò *Gai-vango Movang* rex ſuccedebat. Huic

Xaca erſt fünff hundert ab; darnach auß den fünff hundert / hundert: und endlich / aus hundert zehen; denen er zu den tiefſeſten Geheimnüſſen ſeines neuen Gottesdienſtes einen Zugang öffnete. Als er ſterben ſolte / behändigte er dieſen zehen ſeine Bücher / die er auff dieſem abgelegenen Berge entworffen. Und damit niemand jemahls einiges Lehrſtücke anfechten möchte; ſo verſiegelte er jedes Buch mit dieſer Beyſchrifft: Alſo hat Xaca die Warheit zu Papiere gebracht:

152. *Novendecim annos natus.* *Marino* autore anno ætatis 17. *Adudalam*, regis filiam, uxorem duxit. Exactis matrimonij annis duobus, natâq; filia *Haulam*, in eremum deceſſit, ibiq; *quinquennium* exegit, tandemq; intra annuum quadrageſimum Idololatriam invexit. Conf. *Rhodeſ.* Relat. Tungking. I. 19.

153. In *Montem.* Alij *Deſertum* vocant. Et hoc *Sian* nomine. Dan. *Bartol.* in vitâ *Xaverij* III. 5.

154. *Sectam ejus.* a. *Decalogum* teſtamento reliquiſſe ſcribitur. Sed *quinq;* ex ijs *præcepta* mentione indigna ſunt. *Quinq;* reliquis *homicidia*, *adulteria*, *alieni boni uſurpationes*, *mendacia*, deniq; *mæſtitia* de irrecuperabilibus prohibita ſunt. Conf. de *ſex* alijs *benè vivendi Præceptis*, magni apud Sinas habitis, *Spizel.* de lit. Sin. p. 237.

c. Quotidiana ſectæ hujus oratio *quinque* verborum eſt apud *Japones*. Suntq; *Namu*, *Mio*, *Foren*, *Qui*, *Quio*. Eorum recitationem crebram ad ſalutem conſequendam ſufficere credunt. *Etſi nemo*, inquit Kircherus, *verborum* iſtorū, *utpote ab Indis acceptorum energiam intellexerit.* Chin. ill. 139. b. Ludov. *Guſmanus* in *relationibus Hiſpan.* non niſi *tria* memorat verba. Iſta nempe: *Namu*, *Amida*, *buth.* Eaq; ſic interpretatur: *Bienaventurado Amida ſalva nos*. perinde ut *Tanguthani: O Manipe mi humi; (O Manipe ſalva nos*, ap. eundem Kircherum p 71. b. Et è *Brachmanum* inſtituto viduæ Indicæ igni ſe dantes: *Rama ſaltae) Rama*, *ſalva me*, ap. Arn. *Montan.* p. 114. b. Scilicet *Omnes beatè vivere volunt; ſed adpervidendum, quid ſit, quod beatam vitam efficiat, caligant.* *Senec.* de vita beatâ

31. Huic * *Emirius* erat, *Zàcu* nomine. Qui præclara exequebatur opera. Mandato, exempli gratia, regis, in carpentum ſe dabat. Quod ſex *equi* trahebant, [155] de die *centum paraſangas* curſu conficien-

---

c. 1. Interreà temporis *Bonzij* vulgo nunquam non inculcant paradoxon: *Ichinem Amidabur ſuccumet murioo zai.* Qui Amidæ nomen invocaverit, hic procul dubio ſalvus erit.

c. Porrò *Bonzij* conciones & diſputationes ſuas non niſi de *Nihilo* habent. Adeò ut vulgus una cum ipſis tandem non niſi *Nihil, nihil*, clament. Teſtis eſt Dan. *Bartolus.* Fallor, an id è ſecus intellectà voce *Namu* hauſit? Nam Sinæ *Nãvu* dicunt. *Vũ* vero *nihil* ſignificat. Et *Turcæ* quoq; ultimam vocis *Allahu* ſyllabam admodum producunt, *Hu, hu, hu*, clamantes, ſuum illud *Ekber Allahu* declamantes.

155. *De die centum paraſangas.* Coquei Philoſophus tempore Regis Fo ap. *Martin.* H. S. 167. *Rex quidam gaudebat olim inquit, equis plurimum, quos undiq́; adductos emebat quantovis pretio. Eaq́; propter homines certos è ſuis ſubditis in externa dimittebat regna, qui optimos equos quærerent, & in ijs unum præcipuè, quem audierat velociſſimum eſſe atq́; ante alios generoſum, & intra viginti quatuor horarum ſpatium mille curſu ſtadia emetientem. Quo deniq́; reperto, ſed jam mortuo, ne prorſus vacui redirent domum, aureis quingentis emunt ejus oſſa, regiq́; afferunt. Miratus ille inſcitiſſimam emptionem, primò iraſcitur; mox tamen audito eorum prætextu placari ſe ſinit, hanc facti ſui rationem reddentium. Nos, inquiebat unus ex omnibus, nos, ô Rex, omni quidem diligentia quæſitum, quem juſſeras, equum adeo velocem eundemq́; vivum nullum invenimus; ſcito tamen, vivos ejus indolis ad te brevi adductum iri. Cum enim percrebuerit, te vel oſſa tanti emiſſe; profectò mercatores majoris lucri cupiditate allecti minimè cunctabuntur vivos adducere. Acquievit his dictis rex, eodemq́; anno tres emit equos, qui ultrò adducebantur, eadem velocitate, quàm fuit alter, quem fruſtrà quæſierat.* Sequitur hàc emtione incitatos eſſe alios, qui ejus indolis vivos equos afferrent mercatum. An Coquei Regem *Mo* in mente habuit? De quo H. S. 94. *Immoderatius tamen aliquanto equos amabat, & currus. - - - Qua res, ut haberet ſpeciem curæ publicæ, placuit obire provincias.* Ibidem de *Venio.* pag. 285. *Memorant eodem tempore adductum eſſe generoſiſſimum & miræ velocitatis equum, qui viginti quatuor horarum ſpatio quiverit mille Sinica ſtadia conficere. Quem cum Imperatori obtuliſſent; tunc ille: Imperij vexilla & inſignia, inquit, cum iter facio, me præcedunt; currus & equites ſequuntur. Jam ſi velociſſimo inſideam equo, famulitium utrumq́; vexem neceſſe eſt.*

Digitized by Google

cientes. Sic, ut terrarum conditionem exploraret, & [156.] ultrò citroq; means Regi deferret. [157.] In noſtram etiam *Perſidem* terraſq; *Iran* venit. Cujus itidem ſtatum & temperiem, quæ ibi eſt *aëris*, regi aperuit. Ejus tempore vir erat, *Cha-zen* nomine, [158.] *Chimiam* publicè tractabat. Qui *Simiam* quoq; benè callebat. Hâc ratione ſingulis quaſi momentis ſe in peregrinis ſcientijs exercebat, novaſque introducebat. Idem *Ludum*, ([159.] *Schachicum* niſi fallor) invenit.

Poſt eum *Co-vang* Rex erat.

Poſt hunc *Ii-vang*.

Poſt hunc *Hiao-vang*. Ejus tempore in provinciâ, quam initio regebat, [160.] *caper duobus pedibus* & *lupus quatuor cornibus* natus eſt.

Poſt hunc *Ii-vang* alter regnavit.

Poſt hunc *Li-vang*.

Poſt

Nam & illos ſuperabo, qui præcedent; quiq; ſequentur, multo me minus poterunt aſſequi. Solus a. ſi præcedam, quis non videt nec majeſtatis à me nec ſecuritatis haberi rationem? quæ igitur nec mihi neceſſaria ſunt, & famulis meis inſuper moleſta, non accipio; edicoq; jam nunc, ne quis in poſterum ad me muneris loco quicquam afferat ejus, cui ſola raritas pretium facit, uſitatis contentum atq; communibus. Conf. ἰπποµανίαν Iugi H. S. 228.

156. *Ultro citroq;*. Vid. *Venet. de Cubla Hemerodromis*, II. 23. deq; *Xaabani*, Sultani Ægyptij, *Schildberg.* cap. 31.

157. *Noſtram etiam Perſidem*. Vid. *num.* 17.

158. *Chimiam*. Præterit hoc H. S.

159. *Schachicum*. Vid. *Addenda*.

160. *Caper duobus pedibus*. *Lupus quatuor cornibus*. Vid. *Miſcell. Curioſ.*

32. Poſt hunc *Siven-vang* *[161] Rex juſtus.

Hâc ætate per viginti *annos* in provinciâ [162] non *pluebat*. Creaturæ verò in anguſtiâ erant. Rex apud ſe ajebat: *Tyrannidem in ſubditos non exercui. Quare alia peccata bujus rei. Quare* [163] *alioqui pravè egerim.* Ita ſeipſummet à conſortiô voluptatis retraxit. His geſtis *pluere* cœpit. Sic ubiq; levamen inventum eſt. [164] *Inventæ* ſunt etiam hôc tempore *literæ* novæ ſeu *Notæ* & *Characteres*, quibus hôc tempore *literarum* vice ſcribentes utuntur. Quæ [165] è *Notis penſilibus* [166] efformatæ ſunt. Nomen *Inventoris*, *Xu-chu* erat. *Je-*

---

161. *Rex juſtus.* Adil, frequens Abdallæ vocabulum eſt, quô ipſe, utí & Arabes vulgò, de encomio ornandis Regibus utitur. *Propriè* a. *juſtitiam* & *æquitatem* notat. Sed, *uſu* ferente, nullas non *boni Regis virtutes.* *Nobilitatem* fortè rectius dixiſſem, quemadmodum *Rex nobiliſſimus* quondam, *Eccleſiaſtis* ſui cap. XI. v. 17. אשריך ארץ שמלכך בן־חורים׃ *Felicem terram, cujus Rex* NOBILIS eſt. De בן־הורים Vid. not. ad *Conc. Fun. Hebd.* II. p. 11. Ceterũ de *Sivenij* nobilitate H.S. 100. *Inito principatu majeſtatis decus & nomen dignis virtutibus illuſtravit. E diſciplinâ Præfectorum majorumq; imitatione tantus Imperator, ut jam nemo* VUM, *nemo* TANGUM *deſideraret. Ad juſtum & legitimum imperium præcipuè Patris* (ob ſævitiam peſſimè habiti regnoq; expulſi) *exemplo incitabatur*, &c. Attamen ſequitur, etiam filium *voluptati* & *tyrannidi* ſe tandem mancipaſſe.

162. *Pluvia nulla.* Præterit hoc H. S.

163. *Alioqui pravè.* H. S. 101. *Imperator facilè intelligens, quò collinearet* (regina, à voluptatibus eum novâ arte ad frugem *revocatura*) Hoc enim verò crimen, ſi quod eſt, *inquit*, meum eſt; ad reginam nulla ex parte ſpectat. *Majore deinde curâ tractavit res Imperij.*

164. *Inventa ſunt - - - Notæ.* Præterit hæc H. S.

165. *E Notis penſilibus.* Ita vocat *Sinenſe ſcribendi genus.* Quia ſcilicet *deorſum* ſcribitur. Ob quam rationem etiam *Perſicum ſcribendi genus*

تعليق *Taalik* dicitur.

166. *Efformata ſunt.* Sæpius n. *reformata* eſt *Sinica ſcribendi ratio.* V. n. 97.

Digitized by Google

Je-vang, Rex, ſequitur. Qui [167] uxorem val-
dè formoſam habebat, *Pao-ſu* nomine. Hæc *nun-
quam ridebat*. Etiam, cùm maritus nihil non ten-
taret, ut rideret. Nihil enim effecit. Neq; ita *fe-
lix* fuit. Eô tempore hujuſmodi ſignum militibus
ſuis dederat, ut accedentibus hoſtibus (*Tataris*) ig-
nem in monte accenderent, & tympanum pulſarent,
ut hôc factô *Emirij* in * procinctu ſtarent. Erat, 33.
cum Rex ex improvisô & nullâ ferente neceſſitate
rei imperaret, ut ſic facerent. Et univerſi exerci-
tus toties quoties confertim parati aderant. At-
quì

167. *Uxorem valdè formoſam*, Pao-ſu *nomine*. H. S. 103. *Pao-ſua interim Imperatori in delicijs erat; unam rem in eâ tantùm ægrius ferenti, quod nunquam rideret. Itaq; nihil intentatum relinquit, ut monſtroſa mulieri riſum moveat. Erat ei tunc temporis fortè bellum cum Tartaris ad Occidentem propius colentibus: &* Militi Signum Bellicum Ignem *dederat, quo conſpecto ad arma & Imperatoris cuſtodiam concurrerent. Hoc ſigno ad eliciendum amaſiæ riſum aliquoties fulgere juſſo, âdſunt de more milites, arma & ordines parant, ingenti, ut fit, ſtrepitu concurſuq; terribiles. Quos ſemper deluſos videns Paoſua, in riſum deniq; diffuſa, magno ſimul gaudio Imperatorem complevit. Sed hic riſus imperio & vita poſtmodum ei ſtetit. Delectabat ante alia Paoſuam ſtrepitus, quem concerpta per vim holoſerica edere ſolent. Imperator igitur, qui ad illam exhilarandam nihil non faceret, ad ejus arbitrium libidinemq; factus aſſiduo in* Dilacerandis Holosericis, *illa præſente, verſabatur. Inter hæc ludicra mittit ad Xinum, qui filium retraherent à fuga. Quo negante, ducturum ſe Principem, niſi ut regni heres agnoſceretur; iratus Imperator arma in eum movet. Xinus impar viribus, at conſilio ſuperior, coitâ cum Tartaris ſocietate, noctu repentè advolat ad Imperatoris caſtra. Datur de more ſignum. Milites viſâ flammâ Imperatorem luſuſe, ut ante, oblectare cum Regina, rati, nec periculi quicquam ſuſpicantes, nulla reſiſtendi curâ, omiſſis armis propè dormientes in hoſtium venére poteſtatem. Ita ludibundus Imperator à fratre filioq; oppreſſus, luſu in ſerium verſo, occiditur.*

Digitized by Google

qui demirabantur, quòd nullus immineret hoſtis. Quaſi dicturi: *Quid hoc rei eſt?* Sic tandem *Pao ſu* ad riſum commota eſt. Et Rex lætus in rei memoriam convivia inſtituit.

Poſt duos annos hoſtes verè adventarunt. Accendentibus illis, qui ad hoc deſtinati erant, ignes & tympana pulſantibus, Emirij, ſibi denuo illudi ſuſpicantes, parati non erant. Hoſtis itaq; ingreſſus regem delevit, aufugientibus illis omnibus.

Poſteà *Ping-vang* ſolium *patrium* conſcendit. Sed [168] aliam ſibi ædificavit *regiam*, *La-gin* nomine. Ibi reſidebat.

Poſt hunc *Von-vang*, *Chuang-vang*, *Li-vang*, *Hoei-vang*, *Siang-vang*, [169] *Quang-vang*, *Cung-vang*
34. ſibi invicem ex ordine ſucceſſerunt. Dein * *Ting-vang* Rex 151. fuit. Annô ejus altero, *Tai-xang* [170] *Lao-con* natus eſt, quem hi populi itidem pro *Prophetâ* habent. Hi-

168. *Aliam .., regiam.* H. S. 105. *Pingus Regis filius, occiſi parentis calamitate doctus, mutatam periculo vitando regiam relinquens*, SIGAN, *atq; in auſtrum procedens ad* Co *provincia* HONANAE *fluvium in huius extrema Aſiæ Meditullio ferè, conſtitit.* Quâ v. in urbe, *Martinius* non addit. Addit a. *Abdalla.*

169. *Quang-vang.* Præteritur, qui præceſſerat, *Hiang-vang.*

170. *Lao-con.* Similiter H. S. 117. *Anno hujus Imperatoris (Tingi) tertio natus* Lao-tanus *in regno* Zu, *nominatus* Philoſophus, *apud Sinas* Epicureæ *Secta autor extitit.* Vid. *Comm. Alphab.* p. 38. Eſtq; hic ille ipſe, qui ap. *Mendoz.* II. 2. *Lao-con Tzantes* dicitur. Cujus proderit verba adjeciſſe. *Attribuiſcono*, inquit, *la creatione di tutte le coſi viſibili, & inviſibili al cielo, però lo figurano co 'l primo carattere del loro alfabetto, & gl' aſſegnano un governator delle coſe di ſopra, chiamato* Lao-con

Digitized by Google

HISTORIA. *Tai-xang-Lao-con* è [171] terrâ *Zu* erat. [172] Pater *Chan* dicebatur. Hic itidem, uti *Xecmuni Berchan*, [173] è *luce* in conſpectum venit [174] ſub *prunô*. [175] *Octuaginta annos* in *uterô* matris hæſit.

Tzautei, *che ſignifica vella lingua loco* governatore del grand' Iddio, *& è il primo, che eſſi adorino dopò il Sole. Dicono, ch' egli è increato & ſenza principio, & che non ha corpo, ma è puro ſpirito.*

NOTAE.

a. Facilè credam, *primam Dictionarij Sinici notam* eſſe 天 quæ *cœlum* ſignificat. *Mandarini* tamen *Tien* legunt, non *Guant*, uti idem ille *Mendoza* II. 13. Quem innumeri ſequuntur. Sed ſunt quoque, qui alijs *Notis*, alijs *Vocibus* primatum tribuant, ſicq; in *Sinenſium Dictionariô* haberi contendant.

b. Tzautei procul dubio *Tzantei* legendum eſt. Eritq; *Tai-xang* Abdallæ, & *Xang-ti* Mandarinorum. Vid. *Comm. Alphab.*

171. E *terrâ Zu.* Vid. *Baſilic. Sinenſ.* Part. II.

172. *Pater Chan.* An *Han?* Præterit hoc H. S.

173. E *luce.* H. S. 117. *Idem Philoſophus* (Lao tan) *in aliô locô ſe à cœlo creatum profitetur. Rhod.* Cat. III. *Secunda ſecta ap. Sinas eſt Lautij* (Lao-tu) *cujuſdam, quem etiam cœli & terræ conditorem aſſerunt ejus aſſeclæ —— Solùm quandam à Lautio acceptam ſententiam proferunt, quæ dicit:* Dao, h. e. legem ſeu viam feciſſe unum; unum v. feciſſe duo; duo feciſſe tria; tria deniq; feciſſe omnia. *Quod ſi ab illis quæras:* unde ſit illud DAO *ſive lex, reſpondent:* Ex nihilo & vacuo, & abſq; alio principio eſſe magnum illud dao, *ſeu magnam legem.*

174. *Sub pruno.* Præterit hoc H. S. Ex hâc arbore *Cung-chin*, Tamingarum ultimus, ſe ſuſpendit.

175. *Octuaginta annos.* Similiter H. S. p. 117. *Suprà fidem eſt, quod de illo ſcribunt, aut veriùs fabulantur Sinæ: annis octoginta & uno in ventre matris latentem, deinde per latus dextrum in lucem prodiiſſe. Argumentum fabulæ ſuffecit numerus novenarius, quem perfectiſſimum dicunt, qui novies in ſe ductus octoginta colligit & unum, quo numerô notatur ipſis, quicquid numeris eſt omnibus abſolutum. Cum igitur Loatanus ingenio eſſet atq; indole ſupra vulgarem modum excellenti; tanquam natura laboraſſet tot annis in eo perficiendo, hunc numerum excogitavere.* De numerô *novenariô* Vid. Comm. Mon. Sin. p. I. SENECA ep. 58. *Nam hoc, inquit, ſcis, puto,* PLATONI *diligentia ſua beneficio contigiſſe, quòd natali ſuo deceſſit, & annum unum atq; octuageſimum implevit ſine ullâ dedu-*

hæſit. Longitudo ejus ulnas quadraginta æquabat & dimidium. Magnâ *fronte*, *capite auribus* ab utroq; humerô pendentibus. E *dextrô latere* matris egreſſus. Canâ *barbâ* natus. Unde pro eximiô & *ſanctô* ab hominibus habitus eſt. Sicq; Prophetiam ejus lubentes receperunt. Nomen *populi*, qui primi ſectæ illius adhæſerunt, *Sen-xen* erat.

35. [176] Poſt eum *Xecmuni* Berchan annô 148.* natus eſt. A nativitate ejus ad hoc tempus, annum ſcilicet 717. *Hegiræ*, ſunt [177] anni 1992.

Poſt *Tin-vang* ſequitur *Kien-vang*.

Poſt hunc *Ling-vang*.

Hic à matre [178] *barbatus* naſcebatur.

Hôc tempore Confutius [179] natus eſt.

Pater ejus *Xo-leang* erat.

Mater *Gu-xi*. In illâ regione [180] *mons* ingens erat,

---

ctione. Ideoq; Magi, *qui fortè* Athenis *erant, immolaverunt deſuncto, amplioris fuiſſe ſortis, quam humana, rati, quia conſummaſſet perfectiſſimum numerum, quem novem novies multiplicatum componunt.*

176. *Poſt eum Xecmuni berchan.* Mendum. *Xecmuni* n. anno 422. *ante Loatanum* natus erat.

177. *Anni 1992.* Legatur: anni 1922.

178. *Barbatus naſcebatur.* Similiter H. S. p. 120. de illo ipsô Imperatore: *Lingus Kieni filius cæſarie barbaq; promiſſa in lucem editus, ſpiritalis intelligens ex merito dictus. Etſi n. eo imperante, multa inter Reges bella exarſerint, remq; publicam variè miſcuerint; virtute tamen ac prudentiâ ita imperii ſtatum compoſuit, ut nihil de imperatoriâ majeſtate, nihil de provinciis decederet.*

179. Confutius. Vid. *Comm. Alphab.* p. 11

180. *Mons ... Nigus.* Vid. *Comm. Alphab.* 43. b.

Digitized by Google

erat, cui *Nigu* nomen eſt. Hic illô momentô, quô mater eum enixa eſt, concidebat. Erat autem [181] piloſus toto corpore. [182] *Longitudine* novem ulnarum & dimidiæ. *Latitudo* communis. Quatuor ulnas *amplus*. *Forma* terribilis, uti *Tigridis*, erat. Sed ſupra modum prudens & ingenioſus. Ideoq; homines maximam partem eum obſervare cœperant.

Habebat autem [183] ter *mille diſcipulos*, qui *ſcholam* ejus frequentabant. Ex ijs *LXXII. erant, qui 36.
ad regias dignitates pervenerunt.

Pòſt *Tai-xang-Laocon* intervallô quinquaginta quinq; annorum natus eſt.

Vixitq; annos LXXIII.

Ling-vango, ſuccedebat *Tavang*, *King-vang*, *Chinvang*, *Tin-vang*, *Nivang Sivang*, *Dilvang*, *Gan-vvang*, ...*vang*, *Pile-vvang*, *Hien-vang*, *Xi-cinvang*, *Ten-vang*.

Sub [184] *Tenvango* regnum bello depopulatum eſt,

---

181. *Piloſus totô corpore*. Ut *Eſavus*.

182. *Longitudine novem ulnarũ*. Vid. ad p. 25.

183. *Ter mille diſcipulos*. Similiter H. S. p. 123. *Tria millia diſcipulorum habuiſſe ſcribunt. Ex his ſeptuaginta duos exquiſitiſſima doctrina; duodecim verò lectiſſimos philoſophos, id eſt, omnibus doctrinis inſtructiſſimos, inter quos familiam ducebat*. YENHOEIUS, *ab ea re maximè atq; ante alios omnes dilectus Conſutio*.

184. *Ten-vang*. Hujus Martiniana Hiſtoria Sinenſis non meminit, quod ſciam. Fortean *Ten-vang* è gente *Tien* erat, de quâ H. S. 139. Illa certè Imperio

eſt, & [185] *quinq; partes* urbium præſtantiſſimarum in manus hoſtium venerunt. Poſteà, cum inimicorum confluxui nemo reſiſteret, avulſum regnum in [186] *quatuordecim partes* ſortitò diſtributum eſt, quæ ſingulæ ſub ſingulis regibus erant.

Poſtea multô vertente tempore [187] *ſeptem reges* exorti ſunt, qui quatuordecim illas partes invaſerunt, easq; inter ſe itidem diviſerunt.

Pars in *communione* manentes, pars *ſeorſim*.

37. *Duravit autem Imperium duarum harum *Taïfarum* 12. annos. Et hæ duæ *Taifæ* imperium

CLASSIS XIII. conſtituebant.

Poſt hos *Xen-vang*, unus ex Regibus illis *ſeptem*, *Ching-*(vel *Xi-*)*vang* nomine, ad potentiam venit, regnumq; *ſex* alteris regibus eripuit, qui patris ejus ſocii erant. Ita [188] totum regnum occupavit.

Duo

---

dudum gravis erat. An verò *Fo-Vang* pro *Ten-Vang* legendum eſt? فو pro تن

185. *Quinque partes.* H. S. de *Cai* tempore p. 139. *Nam præcipuis præfecturis per filios ſuos ac nepotes occupatis, ipſa (gens* TIEN*) totum mox regnum invaſit, ſolo nomine regi relicto.* Sequentium regum tempore non melius rem imperii ſucceſſiſſe, ibidem porrò memoratur.

186. *Quatuordecim partes.* Totidem ſcilicet *Reguli* ſuam ſibi Imperij partem vendicaverunt. Quod aliàs ſæpè factum eſt.

187. *Septem Reges.* Annumerato nempe *Cino*. Reliqui erant *Chyrpe*, *Han*, *Chao*, *Quei*. *Duobus* rebellionis ducibus, extinctis. H. S. 137. Vel erant: *Ci*, *Cin*, *Chao*, *Han*, *Quei*, *Lu*, *Zu*.

188. *Totumq; regnum.* Primus ſcilicet Monarcha. Non poſſum, quin è *Particulâ annalium Sinenſium*, vel *epitoma* eorum, annectam, quod ſequitur. Scribit auctor, priores *tres familias* regi-

Digitized by Google

Duo filij ejus, *Ze-xi-Hu-hai*, & *Sa-mi-xi-zen*

CLASSIS XIV. erant.

CLASSIS. XV.

Bang-vang. Rex 173. Fortiſſimus ille erat, & robore 189. *novem boves* æquans. Bellô motô *Sa-mi-xi-zenium* 190. occidebat, & Rex factus eſt.

CLASSIS XVI.

191. *Han-Cao-zu* valdè animoſus, facie & intellectu *ſerpentinô* erat. Gravi decumbens morbô audiebat in monte 192. albos eſſe ſerpentes, qui homini

as (*Hiaam, Xangam* & *Che᷾am*) annos 1969. regnaſſe; *tertiam* verò deſiiſſe annô *Gin-cu*, hoc eſt, cycli (tunc temp. 41.) quadrageſſimô nonô, adeoq; annô ante Chriſtum 204. Poſtquam duraſſet annos 873. ab annô *Ki-yen* (h. e. cycli. 27. 46. adeoq; annô ante Chriſtum 1092. Qua ratione *Hiaa* annô ante Chriſtum 228. cœpiſſet, h. e. annô decimô *Heberi*, eoq; 76. poſt *diluvium.* Facit hoc pro *Veritate Hebraicâ.* Et obſervo hîc, *Martinium* in *numeris* à *Sinenſium Hiſtoriâ* diſcedere, vel certè ab *editione* illâ, unde particula eſt, quam dixi. Ab eôdem *Chingè* CINARUM proſapiâ Sinarum Monarchâ, *Sinarum Imperium* hodieq; id nominis gerit ap. exteros. Nam *domi* novô ſubinde Nomine venit. Exteri v. *Sinas* appellant, quia ſub Cinis primum innotuit, tam per *Alexandri expeditionem* (de quô vid. *Horn.* in Arc. Noæ p. 434. quàm per *Chingi* progreſſus (de quibus in *Baſilicô Sinenſi*) Vid. H. S. 195. f. *A.* 37. b. *Trig.* p. 5. Primi, qui hanc terram *Sinas* vocarunt, ſunt *Indi.* Abd. p. 9. Indos ſecuti ſunt olim *Græci*, poſt *Hebræi*, tandem *Luſitani*, Luſitanos *Europæi* reliqui. Adde *Comm. Alphab.* Et obſerva jam, quid *Armenus* velit, cum *Alexandri meminit* in *Geogr.* de SINIS.

189. *Novem boves.* Superabat ergò *Milonem Crotoniatam.*

190. *Occidebat.* H. S. 229. *Imperator* (Ingus) in urbem ſe *recepit.* *Sed urbi ſe ab omnibus deſtitutum videt, victoris arbitrio ſe permiſit.* Vid. pag. 230.

191. *Han-Cao-zu.* Hoc eſt, *Cao-zu*, novæ *Hanarum* familiæ Conditor.

172. *In monte albos ſerpentes.* H. S. 218. de Lieupango: *Turbatus Imperato-*

Digitized by Google

38. minibus * noxam facerent. Cum decem ergô perſonis abijt eosq; internecioni dedit. Inde magnum nomen adeptus. Et regnum ipſum. Dicitur [193] *ſeptuagies prælio ſe commiſiſſe.* Erant illi tres Præfecti magno æſtimati. [194] *Chang-leang, Colaus* ipſius erat. [195] *Fan-Yu-ai*, Veſirius. [196] *Han-ſinius, campi Dux.*

Poſteà *Xu-phi-di* rex factus eſt. Ejus tempore homo prodijt, *Gujekun* nomine *Gi-zud.* Cumq; Rex abijſſet, [197] Mater ejus, *Liu* Tangu *beu* nomine, ſuc-

---

ris (Ulxij) *adventu Poi lacus altiſſimos montes fugi petiit, ibiq; latitantem filii, fratres, omnesq; conſanguinei ſunt ſecuti. Exceperat eos aliquando convivio; è quo ſub noctem ſurgens per opaca montis inambulans cum convivis inuſitatæ magnitudinis ſerpentem obviam habuit, quem ſtrictô enſe duas diſſectum in partes necat. Memorant ſubinde, ſerpentem ab anu quaſitum; quem cum occiſum reperiret, ita ploraſſe.* Heu! filius meus, cui debebatur imperium, in album ſerpentem mutatus eſt! ah non amplius eum video. Quid dicam? non ab alio profectò, quam à rubrô dracone interfectus eſt; ab illo nempe, cui fata deſtinant imperium altiori vi, quam filio meo. Huic qui mortem obtulit, is ſine dubiô Imperator fuit.

193 *Septuagies prælio ſe commiſiſſe.* H. S. 262. m. *Pugnavi ſeptuagies, ſemper invictus. Et nunc octo & viginti lepores timeam?*

194. *Chang-leang.* H. S. 221. 266.

195. *Fan-Yu-ai.* H. S. 231.

196. *Han-ſinius.* H. S. 239.

197. *Mater ſucceſſit.* H. S. 380. Diſcrepant hîc Epitomatores Hiſtoriæ Sinenſis. *Lieupang* enim & *Kaofu* unus idemq; eſt, ſecundum H. S. 330. Planè verò alij ſec. *Abdallam. Mendoza* totam inde à *Tzintzomo* Hiſtoriam his verbis enarrat; *L' ultimo Re* della deſcendenza *del valoroſo Vitei, ſi chiamò Tzintzom, & fù quello, ch' eſſendo infeſtato, & combattuto in molte parti dal Re di Tartaria, fece la muraglia, ch' io ho predetto; & perciòche vi faceva andar a lavorare la terza parte de i vaſſalli, & molti vi morivano, non meno per la lunghezza del viaggio, che per la diverſità della temperatura dell' aria, ch' è fra l' uno, & l' altero di quei paeſi, ſi fece inimico tutto il Regno, il qual perciò gli ſi congiurò contra per ammazzarlo, come fece poi, anno quaranteſimo del ſuo Regno, con la morte anco d' Agutzi figlivolo, & ſucceſſor ſuo. Morto l' uno, & l' altro, i*

Digitized by Google

ſucceſſit, voluitque, ut de familiâ ipſius regem deſignarent. *Emirij* nolentes bellô petiti ſunt. Cùm Tatarorum tria millia occiſi ſunt. Sic *Xuphidi* frater, *Phudi*, ſucceſſit. Ejus tempore, ut ferunt, è latere *maris Orientalis herba* innotuit, cujus uſu [198] diutiſſimè * viveretur. Tametſi potius ſtupefaciat. 39.
Dicebatur etiam, homines ita *Angelos* fieri.

Rex verò impensè huic herbæ deditus erat. Habebat [199] *Aſtronomum* valdè expeditum *Kung-xu* nomine. Hunc nave ſtructâ mittebat allatum ejusmodi

Chini fecero Re Anchioſau, huomo di grand' ingegno, & di notabil valore, il qual tenne il Regno dodici anni. A lui ſuccedette il figliuolo Hutei, che regnò sett' anni, ma morendo molto giovane, il Regno venne in man della moglie, ch' era della medeſima caſa, & lo governò diciott' anni con mirabil prudenza, & mancando ſenza poſterità tornò il governo ad un' altro figliuolo ſedici, & otto meſi, e'l figliuolo Huntei cinquantaquattro.

198. *Diutiſſimè viveretur.* H.S. 290. de *Venio*: *Ceterum hic Imperator nunquam ſe moriturum ſibi penitus perſuaſerat, à quôdam impoſtore deceptus.* H. S. 310. de *Hiauvo*: *interim tamen Imperator ab impoſtoribus deceptus, in terris æternæ vitæ præcipia ſectabatur. Illi namq;* CHIMICA *pergebant arte ſe non modò aurum atq; argentum facturos polliceri, ſed & medicinam illam, qua ſumpta viveret æternùm & in* XINSIEN, *ut vocant, mutaretur. Amabat impensè res raras & exquiſitas; quæq; curioſa paſcunt ingenia, ijs plerumq; delectabatur. Unde illis impoſteribus aures dedit, maximè cum id promitterent, quod unum ad felicitatis apicem Imperatores Sinici ſibi deeſſe credebant. Hinc titulus ille, quo præcipuè gaudent & ab omnibus vocantur,* VAN SAN SUI, *quod decem annorum millia ſignificat. Hoc titulô perpetuò cum inter loquendum, tum ſcriptô appellatur.*

199. *Aſtronomum.* Præterit hoc H. S. De *Aſtronomiâ Sinenſium* Vid *Comm. Alphab.* p. 6. Ex antiquiſſimis Aſtronomis *Cheucungus* erat, qui anno ante Chriſtum 1120. (non 2120.) vixit. Obſervabat ille *Tengſungi* ſiderum curſus è turri, quæ hodieq; *Quon-ſing-tai* dicitur. Idem *acus pyxidisq; nautica* uſum jam tum habebat familiarem. A. 49. b. H. S. 190. *Dapp.* III. 40. a.

modi herbam. Cumq; diu fruſtra expectaret reditum, *divinatorem Rex* adit. Qui reſpondit: Viri illius, de quo ſciſcitaris, navis fracta eſt. Et in hôc ſtatu tribus jam vicibus manum complodit, ridetque. Poſt dies alios decem Rex redit, cui divinator admiranda in conſpectum dedit & hoc judicium (quod ſequitur) ſcripſit. Poſt decem dies Aſtronomus redit & ait: ventô contrariô ſpirante navis fracta eſt. Rex ait: Cur illo die ter manus com-
40. plodebas & ridebas? * Dixit: ideo quòd divinator ultra decem diætas ſtatum meum novit & regem non agnovit.

Huic Regi duo erant filij. Majoris *Geu-vang* nomen erat. Hic *Emirium* habebat *Incantatorem*. Facientem, ut [200] Pater & filius morerentur. Sed uxor regia puerô gravida erat. Ea *carceri* dabatur, ut ſi puerum pareret, morti daretur. Puero nato, filium alterius ſuppoſuerunt, nemine advertente. Puerum verò foràs miſerunt. Regnô intereà fratre *Liu-vangi*, *Gudi* nomine, adminiſtrante. Poſt 15. annos obijt *Xuphidi*, & *Liuvangi* filius abſconditus Rex eſt conſtitutus. Poſt illum regnarunt *Vendi*, *Gendi*, *Aidi*, *Bendi*. Hic *Emirium* habebat, qui eum

200. *Pater & filius.* H. S. 336. *Fuit* Sivenius *Hiaovi nepos*, Pingus *dictus*, *cujus patrem, matrem ac ſorores peſtilenti medicinâ exſtinctos eſſe diximus.*

Digitized by Google

eum venenô ſuſtulit. Nepos imperatoris, *Svi-di Zu-zing* bimulus erat. Cujus loco Emirius ille imperium adminiſtrabat. Exactis annis tribus puer vitâ exceſſit. Ita Rex factus eſt *parricida* ille.

*CLASSIS XVII. 41.

VVang-mu-vang, poſt 15. annos convenientibus *Emirijs* excoriatus & miſerè occiſus eſt. Deſignatô rege è familiâ *Ginidi.*

CLASSIS XVIII.

Gic-xi-ma-vu-ban. Rex 188. de proſapiâ *Ginidi* erat. Perverſi admodum animi. Ita ut *Emirij*, quoties cum ipſo loquerentur, toto ferè corpore tremerent. Indignô itaq; viſô illô, in locum ejus *fratrem* ſubſtituerunt. Cùm adhuc Rex eſſet, mandavit ad *centum myriades* hominum, qui de exercitu ejus erant, congregari, quibus *ſupercilia rubrô* colore picturabantur, ut ita dignorati eſſent. Quod Emirij non probabant. Itaq; regem depoſuerunt. Aliumq; è memoratâ familiâ elegerunt.

CLASSIS *XIX. 42.

Hu-Han-Quang-fu, Rex 190. Hôc Rege factô, Seniores die quodam *Hilaria* celebrabant, quòd de *Regum* nativorum *ſtirpe* eſſet. Aliquando cum *Ung-Mo-vang* in prælium deſcendebat. Sed hic incantamentis effecit, ut qui ipſum comitabantur in exercitu,

Digitized by Google

ceu venenatæ beſtiæ eſſent, alteriusq; partis homines fugam capeſſerent.

Attamen omni tempore, quoties *Hu-ban-quang-fu* bellum gerebat, cùm Rex nativus eſſet, beſtiæ illæ venenatæ in exercitum *Vang-Mo-vang* potius irruebant. Fortis erat & potens ac tametſi exercitu minor eſſet, minimè tamen perterritus & ſine metu hoſtem profligans ſemper victor erat. Exceptô, cùm in flumine periclitaretur. Ad incitas tamen reda-
43. ctus *Deum* O. M. imploravit, * dicens: [201] *Mi DEus, ſi vis me Regem permanere, atq; ego mereor, fac quæſo, aqua hæc glaceſcat, ut exercitus meus tranſeat; ſin, totum hîc me occide.* Exaudiuntur extemplô preces, & in ipsâ æſtate fluvius congelaſcit, ſic, ut exercitus commodè tranſiret. Erant a. Regi *filij quatuor.* Minor præ reliquis ingeniô pollebat. *Han-men-di* nomine. Hunc Patri ſucceſſorem deſignabant. Poſt eum *Haidi* imperavit, & *Huari*, & *Xang-vai*, & *Handi* & *Pu-xang*, [202] ὁ ἰδιογνώμων, & *Gungdi.* Qui omnes

201. *Mi DEUS.* Exemplum Precationis, ut *Joſua* & *Rolandi.* Attamen, *duo cum faciunt idem, non eſt idem.*

202. ὁ ἰδιογνώμων. Verbotenus: *Qui ſeipſum*, non alios, *audit.* Ejuſmodi *Arrogantiæ* epitheta multa ſatis habent Perſæ, ab eadem voce خود quæ Græca αὐτὸς eſt, formata. E. g. *Hûd-bîn*, φίλαυτος; *Hûd-ſer*, der ſeinen eygnen Kopff hat / *Hûd-bu*, der ſeinen eygenen Willen hat / ꝛc. Sic *Hud-xinidi* quidem Perſicè dicitur, qui ſui ſaltim audiens eſt. Sed video è ſequentibus, vocem *Xinidi* Sinenſe Regis nomen eſſe.

Digitized by Google

mnes parvuli & *lactentes* adhuc *infantes* erant. *Matribus* interim *ſceptra* uſurpantibus. Quippe quæ thronũ occupabant & jus dicebant. Octavum poſtremus annum agebat, cumq; ingeniô & prudentiâ polleret, Emirius ejus ipſum venenô tollebat, *Gebgi* nomine. Venit *Emirius* alter *Su-bing-ſang*, & illum occidit.
Qui *Xinidio* poſteà opem ferebat. Sed poſteà * & 44.
ipſe imperium turbare cœpit. Xenidium ſoliô deturbans, inq; exilium abigens. Hic ergò Emirius Rex factus. Aliquantò pôſt Exercitus exterus venit, & *Su-bing-xang* occiſus eſt. *Xienidius* hoc audiens, ipſe & uxores ejus adeò [203] ridebant, ut emorerentur. Nemine ergò rege exiſtente, Populus de novô rege conſultavit, qui bella ſua gereret.

CLASSIS XX.

Ceterum Gens illa, quæ memoratum jam Emirium occiderat, cum Provinciam quoque cepiſſent, tribuebant regnum hoc in [204] *tres partes* inter ſe & *Emirij*

203. *Ridebant, ut emorerentur.* Vid. *Cæl. Rhodig.* Antiqu. Lect. *Zvvinger.* pag.

204. *In tres partes.* Mendoz. p. 67. de *Jantei* ſecundo: *Coſtui, eſſendo come dice l' hiſtoria huomo poco ſavio, era odiato da i vaſalli, onde gli ſi ribellò un nepote chiamato* LAUPI, *per il che favorendolo* QUATEI, *&* TRUNTEI *fratelli, & valoroſi cavalieri della corte, procurarono di farlo Re. Il zio lo ſeppe, ma non provedendoci per la viltà, & ignoranza ſua, ne nacquero ſollevamenti, & ſeditioni nel Regno, & ſi ſcoprirono quattro tiranni inſieme, & in un medeſimo tempo, che ſi chiamarono* CINCOAN, SOSOC, GUANSIAN, *&* GUANSER, *ai quali Laupi moſſe*

mirij filios. Singuliſque partibus nomina imponebant. Unam partem *Emirij* filijs dantes; [illegible] as reliquas duobus Regibus popularibus. Aliquandiu poſt Rex alter etiam ſecundam partem occupavit. Sic & tertiam. Rex iterum univerſi.

45. *Duravit imperium eorum annos *ſexaginta & unum*.

CLASSIS XXI.

205. *Sen-phu-di*, Rex 208. Poſt illum Rex factus. Poſt hunc *Get-bir-ſen*. Poſt hunc *Haud-bedi*, quem Hoſtium exercitus captivum cum filiô abduxit. Succedebat *Midi* frater ejus. Cumq; illô tempore hoſtes

guerra, allegando, che favorivano la parte del zio, ma dopò alcun tempo ſi pacificò con Cincoan, & preſe una ſua figliuola per moglie, continuando la guerra con gl' altri con l' ajuto del ſuocero. All' hora il Regno ſi diviſe in tre fattioni, & hebbe principio la tirannide, che diremo. Una parte ſeguitava Laupi, eſſendo già morto il zio, & era la principale. Un' altra Sosoc, *& un' altra* Cincoan *ſuo ſuocero. Stette il Regno in diſcordia qualche tempo, ſinche* Cuitei *figliuolo di Laupi, n' hebbe il maneggio in luoco del padre.*

205. *Sen-phu-di.* Mendoza de *Cuitei*, imediatè poſt verba proximè allegata: *Contra il quale ſi ſollevò poi un tiranno chiamato* Chiambutei, *& l' ammazzò, & fù tanto valoroſo, ch' unito il Regno, ch' era ſtato in parti quarant' un anno, lo governò venticinque ſolo, laſciandolo à* Fontei *ſuo figliuolo, che lo godette altri dieceſette, dal quale diſceſero quindici Re, che regnarono centoſettantaſei anni, l' ultimo de i quali, che ſi chiamò* Chiontei, *fù cacciato da* Tzou *tiranno, della cui ſtirpe uſcirono otto Re, che reſſero la China ſeſſantadoi anni; contra* Sotei, *che fù l' ultimo, ſi ſollevò* Cotei, *dal quale diſceſero cinque Re, che governarono il Regno ventiquattr' anni, & l' ultimo d' eſſi, c' hebbe nome* Oian, *fù ammazzato da* Dian, *del cui lignaggio uſciron quattro Re, che tennero quel dominio cinquanta ſei anni, l' ultimo de i quali fù cacciato da* Tim, *dal quale hebbero origine cinque Re, che durarono trent' un' anno;*

Digitized by Google

ſtes prævalerent, eundem cum liberis abduxerunt. *Chatajam* occupantes. Ex quibus *ſedecim* Reges imperium tenuerunt. Radix *Fudemi*.

Qui de Regis familiâ erant, in *Magin* aufugiebant. Hi Reges *Chatajam*[206] in *ſex partes* diviſerunt. Singuli partem capientes.

CLASSIS XXII.

Hæc familia in *quinq;* alias diviſa eſt. Omnes de Regum proſapiâ. Qui in tractu *Ma-gin* erant. Et in hac provinciâ nudi judices. Hi ſedecim Reges
* bello operam dantes Regnum Chatajæ in ſex partes 46.
diviſerunt. Et partes ſingulas iterum in alias. Duravit imperium eorum penes hos ſex *305. annos*.

CLASSIS XXIII.

[207] *Sui-gau-ſu-ſi-di*. Rex 250. armis Chatajam occupavit. Ut & *Ma-ginam*. Et ſublatis regibus *Rex univerſi* factus eſt.

Et è ſtemmate ejus *duos* Reges conſtituerunt.

CLASSIS XXIV.

[208] *Tang-kao-cu*. *Emirius* magni habitus & fortis erat.

---

206. *In ſex partes*. *Quinq;* enim *partes* tenebat U-Tai, h. e. *quinq; Tyranni*.

207. *Sui*. Mendoza iterum ſubjungit prioribus, quæ ſequuntur: *Contra l'ultimo di queſti ſi ſollevò* Tzui, *à cui ſuccedettero tre Re, che regnorono trenta-ſett' anni, ſin che l' ultimo fù cacciato da* Tonco.

208. *Tang*. Mendoza de *Toncone* porrò: *I cui deſcendenti reſſero molto bene i popoli, & perciò ſi mantennero*

erat. Bellum gerens, rex factus eſt. Et ê ſtemmate ejus 20. reges conſtituerunt.

CLASSIS XXV.

Len-tain-Nai-fu-du. Rex 275.

Erat *Emirius* inſignis. Et regnum bellô rapuit. Occiſus â filiô, *Jo-gi.* Qui ipſi ſucceſſit. Hic occiſus â fratre. Qui poſt eum Rex factus.

47. Tempore *Lin-nai-zu* ſurrexit * non nemo è 209. *Kara Chatai, Hau-li-gi Ajagi* nomine, bellum movebat. Et partem Chatajæ occupavit. Nomen ejus

più lungamente, perioche vi furon ventitre Re, che viſſero ducento novanta quattr' anni, l' ultimo de i quali chiamato TRONCON, *cavata d' un monaſterio una bella monaca, che ſi chiamava* BAUSA, *& era ſtata moglie del padre, la ſposò, ma eſſa, fattolo ammazzare ſecretamente, occupò il Regno, tenendolo quarant' un' anno; tenne vita diſhoneſtiſſima, cõe ſi legge nell' hiſtorie, & fece copia del corpo ſuo a i principali del Regno, & non contenta di ciò, preſe un marito di baſſa conditione per poter meglio sfogar le voglie ſue, oltra che prima, che ſi maritaſſe, fece morire i figlivoli che puote haver in mano del primo marito, acciochè il Regno rimaneſſe ad un ſuo nepote; di che accorgendoſi i popoli, & havendo a noia la ſua brutta vita, mandarono a cercare un figlivol baſtardo di ſuo marito, c' haveva nome* TAUYZON, *ch' andava ramingo, & di commun conſenſo lo crearono Re, il qual caſtigò rigoroſamente la matrigna, come eſſa haveva meritato. Di coſtui nacquero ſette Re, che regnarono cento vent' anni, & l' ultimo chiamato* COUCHIAM, *fù cacciato del Regno da* DIAM, *della cui ſtirpe non furono più che doi Re, che viſſero ſolamente diciott' anni, perioche* OUTON *cacciò il ſecondo, & hebbe tre Re della ſua deſcendenza, che tennero il Regno quindici anni, & l' ultimo fù cacciato da* OUTZIM, *da cui diſceſero doi Re, c' hebbero quel dominio nov' anni, & tre meſi, dopòi quali reſſe la China* TOZO *con un figlivolo quattr' anni. A coſtui ſuccedette* ANCHIÙ *che l' haveva ammazzato combattendo, ſe ben non tenne il Regno con doi del ſuo ſangve, più che diece anni.*

209. *Kara Chatai.* Vid. pag. 10. Et *Catalog. Regnum* in *Leao.*

jus *Leao* erat, id eſt, *Rex.* Qui per univerſum orbem imperitabat. Is cum *octo* perſonis proſapiæ ſuæ 219. annos imperavit, in illo regnô, quod ceperat.

Poſt illa *Hurgæorum* Rex, *Aguda* nomine, bellum movens poſtremo filiorum *Hauligi*, *Dai-leao Munt-Sun-Atvvæ* dicto eum, ſuppreſſit. Cùm antea reges *Hurgæi* illis obſequium præſtarent & tributum penderent. *Agudai* aliquando pecora atterius abigebat, ſed contemtim habitus. Annô aliô totam *Chatajam* cepit.

CLASSIS XXVI.

Ten-chun-zun. Rex 278.

Rex nobilis erat.

Poſt quem *Men-zun.* Regno præerat. Poſt hunc *Munidi.* Poſt hunc *Mudi.* Quem *Munidi* in venatione --- ---*--- invenit. aluit. Soror *Munidij* regnum illi præripuit, idq; marito tradidit. 48.

Deſunt quædam.

CLASSIS XXVII.

Ten-cau-zu. Poſt *Xud-li* rex erat. Qui cum tres annos regnâſſet, *Biligvang*, Filius *Adi*, *Leao* è *Kara Chataj* bellum *Chatajis* movit & regnum occupavit. Cum *Sen-gao-zu*, auxiliantibus illis, regnum *Mudi* cepit, & tributum dedit. Xudi autem non dedit. Eſtq; in cenſu *familia* 33.

CLAS-

CLASSIS XXVIII.

Han-gao-zu, Rex 275. de ſanguine *priſcorum Regum* erat. Bellatum exiens contra *Bilig-vangum*, eum occidit, & Rex factus eſt. Poſt eum *Nidi* in Regnum rediijt.

Is tres habebat *Emirios*, magni nominis. *No-*
49. *mina eorum*, *Bang-ſen*, *Xu-chu-chu*, *Gu-di-*ni-di* e-
rant. Duos priores vitâ privavit. Tertius: *Provin-*
ciam, inquit, *noſtram occupamus, quam ob rem nos oc-*
cideres? Bellum itaq; aggreſſus, Rex factus eſt.

CLASSIS XXIX.

Gudi-gu Nai-zu.

Poſt eum *Hem-xi-zun* Rex erat; poſt hunc *Hem-xi-ſun.*

Hujus *anno primô* gens, quam [210] *Sun* vocabant, bel-

---

210. *Quam* Sun *vocabant.* Hi *Sunga* ſunt. Mendoza de *Anchiui* familiâ: *Contra l' ultimo dei quali ſi ſollevò uno dei deſcendenti di Vitei primo Re chiamato* Zaizon, *& l' ammazzò, dal quale diſceſero dieceſette Re, che poſſedettero quella ſignoria pacificamente trecento vent' anni, con l' ultimo de i quali, c' haveva nome Tepim, hebbe guerra il gran Tartaro* Uzou, *ch' andò alla China con un grand' eſercito, & acquiſio tutto il Regno, che fù poi poſſeduto da nove Re Tartari per novantatre anni, che trattarono quella natione tirannicamente, & la tennero in gran ſervitù, & l' ultimo, c' hebbe nome* Tzintzoum, *fù più crudel che tutti gl' altri, per il che i popoli ſi ragunarono, & eleſſero ſecretamente Hombù per lor Re, huomo molto valoroſo, & deſcendente da gl' antichi Re. Coſtui meſſa inſieme molta gente, fece tanto col ſuo valore, che cacciò i Tartari di tutto il Reame, con morte di non poche migliaja di perſone, che defendevano oſtinatamente l' ingiuſto, & tirannico dominio loro. Di coſtui uſcirono dodici Re, undici de i quali hanno regnato ducent' anni, il duodecimo è* Bonog, *che vive hoggi, & rimaſe herede del Regno dopò un ſuo fra-*

Digitized by Google

bellô motô regnum ejus rapiebant, Rege ex ijs conſtitutô, *Chiu-Tai-zu* nomine.

CLASSIS XXX.

Chiu Tai-zu, Rex ducenteſimus nonageſimus
erat. Poſt hunc *Taiſung-Ging-zung*,---- *Bing-zung*,
Xin-zung, *Ge-zung*, *Sun-ſung*, *Kin-ſung*. Hi *novem* Re-
ges per univerſam *Chatajam* & *Maginum* abſolutè
imperitârunt. Sed *Kin-zungi* tempore *Hur-gæi* eru-
perunt; & Chatajam occupârunt. Regis *Aguda*
Nubak nomen erat. Cui cognomen *Tai-çung*,
Kuvon (*Huôn*) faciebant. *Turciſtani* * *Altuncha-* 50.
num vocabant. Filij & Succeſſores *Kin-zungi* e-
rant *Kao-cung*, *Hiao-çung*, *Quang-çung*, *Ning-çung*,
Li-çung, *Tu-çung*. *Xu-gu* in *Magin* tranſibat. Ubi
eum *Imperatorem faciebant*. Poſt *Tai-zung-Huôn*,
Sai-ſun-ſi, *Tai-ſun-Fu-dan*, *He-ſun*, *Xi-ſun*, *Ling-*
Tai-zun, *Chin-zun*, *Gitmiali*, *Xudi-xu*, & *Sebud*, in
regnô *Catai* dominatum obtinuerunt. *Gimtiali* v.
& *Xudixu* & *Xebud* regis *Xu-gu* coætanei erant.
Xu-gu ultimus domeſticorum Regum. Rex 305.
à tem-

tello maggiore, che morì cadendo d' un cavallo. Ha ventidoi anni, & perche non s'ha ancora notitia alcuna di lui, non ſe ne può dir niente di certo, ſe non c'ha ſama di veſtir molto attilatamente, ch' è ben voluto de i ſuoi vaſſalli, & ha moglie, & un figliuolo, & la madre viva. Queſta p ſterità del Re HOMBÙ *ha tolto molte terre a i Tartari, poiche ſuron cacciati della China, dalla quale non ſon ſeparati, fuor che per la muraglia, c'ho detto.*

à tempore *Puen-cu.* Qui imperarunt [211] per annos 42885. ſecundum opinionem *Sour-chani.* Quod ſapientes Chatajæ confirmant.

Cumq; *Gu-Xu-gu* [212] annos *duos* regnaſſet, *Kaan*
51. exercitum terris *Magin* * immiſit. Ei ſe rex traditô
ſoliô ſubmittebat. Ceterum Filij *Tai-ſung Huon* ad
potentiam & celebritatem pervenerant, cum *Gingiſchanidæ*, inter quos & illum ab antiquô cognatio erat, eos bellô adorirentur.

Anno 9. *He-zungi*, hoc eſt, [213] annô *Hegiræ* 549. natus eſt *Gingiſchan.*

[214] Anno verò 599. (anno ſcilicet *ovis* Chatajam ſibi ſubjugavit, Ducibus *Alakuſch-Tagin* & *Mervar-Angut.* *Turcis* & vicinis alijs tranſitum concedentibus. Tunc ergò *Altunchan* ob metum *Gingiſchani* Regiam, quam in [215] *Xun-tien*, in mediô re-
52. gni Chatai, habebat, * deſeruit, & ad urbem [216] *Tajang-fu* confugit, ad littus fluvij [217] Kara-moran.

Ex-

211. *Per annos* 42885. Suprà, pag. 2. 42875. Vid. *Comm. Alph.* p. 5. b.

212. *Annos duos.* Similiter *M. S. Sin.* de *Tipingo.*

213. *Anno Hegira* 549. Hoc eſt, anno Chriſti 1154. Sed *Texeira* nativitatem Gingiſchani ad annum Chriſti 1151. transfert.

214. *Annô* 599. Hoc eſt, annô Chriſti 1202. Eſt is annus *Seleucid.* 1214. in quem initium imperij Mogolici reijcit *Malat.* p. 280. Vid. *Comm. Alph.* 5. a. *Obſerv. Sin.* 4. 2.

215. *Xun-tien.* Eſt *Peking.*

216. *Tu-jang-fu.* Leg. *Nan-king-fu.*

217. *Kara-Moran.* Eſt is *Croceus* fluvius. Sed hîc *Kiang-Yang-fu* legendum eſt. Neq; enim ad *Croceum*, ſed ad alterum illud flumen ſita eſt urbs *Nan-king.* Atque eò confugerat *Altunchan*, teſte Malat. p. 309. f.

Digitized by Google

Exercitus verò *Mogolicus* jam ante Chatajam ſibi ſubjicere cœperant.

Cumq; *Gingiſchani* tempore ob conſervanda alia regna totam *Chatajam* occupare non conſultum eſſet, [218] *Octai* Kaan tempore ſuô cœpta proſecutus eſt, Annô ſcilicet *Equi*, h. e. menſe *Giumada* priore [219] anno 631. Quô exercitus *Kaani* regem *Xudixu* aggreſſus eſt. Sed de exitu hujus regis [220] *differentia* eſt. Quidam enim habitu *Kalenderij* aufugiſ-

218. *Octai Kaan ſuo tempore.* Ven. II. 54.

219. *Anno 631.* Hoc eſt, anno Chriſti 1234. Vid. *Malat. p. 309.*

220. *Differentia* eſt. Eam conciliatam vid. *Comm. Alphab.* pag. 3. b. Suntque verba Gregorij *Malat.*

I. de *Altunchano* iſthæc, p. 309.

Kaan a. jam in Imperio confirmatus, ita, ut ipſi obſequerentur omnes Mogulenſinm exercitus, tam qui longiùs, quàm qui propius abeſſent, ſecum ſtatuens Chataja regiones ſibi ſubjugare, fratres ſuos Jogatajum & Olug Novvainum, unaq; reliquos filios, præmiſit cum exercitibus ingentibus: qui profecti caſtris primò ad urbem Charajabenu Takaſin appellatam poſitis, eam quadraginta diebus obſidione cinxerunt. In eâ erant decem equitum Chatajenſium millia; qui cùm ſe Mogulenſibus impares viderent, conſcenſis, quas ſibi paraverant naviculis, fugerunt. Urbis autem incolæ ſe in fidem recipi petentes, recepti ſunt. Mogulenſes autem, cùm apud ipſos præfectos conſtituiſſent, reliqua loca petierunt. Porro Kaan fratrem ſuum Olug Novvainum ipſiusq; filium Cayucum, copijs inſtructos, cum decem equitum millibus ſibi præmiſit, ipſe illos inſequens tardius progreſſus eſt, exercitum magnum ducens. Altun Chan autem, Chatajorum Rex, exercitu centies mille fortiſſimorum militum ſuorum conflato, Principe è ſuis quodam præfecto, illos Mogulenſibus obviam miſit: qui cum ad ipſos pervenißent, eos, quòd tantò inferiores numerô eſſent, contemptui habuerunt, leviq; penderunt, eosq; ſicut erant, ad Regem ſuum Altunchanum abducere voluerunt, quo ipſum anxietate ſuâ liberarent; ideòq; illos circulô factô quaſi venando captabant. Mogulenſes autem eos pugnis ſubinde intermiſſis diſtinuerunt, ac ſpem ſui fecerunt, donec advenirent, quæ cum Kaano erant cohortes; quibus in Chatajorum exerci-

Digitized by Google

fugiſſe tradunt. Alij: combuſtum eſſe igne, quem regiæ ipſius *Mogulenſes* inſererant. Hic populi iſtius exitus erat. *DEus* verò *eſt*, *qui eſt*.

53. *PARS NONA.
Hiſtoria Mogolica.
&
Stemma Gingiſchani
uſq; ad
Dubun Buban Alan Kavar, alterum.
Itemq;
1. *Exitus Gingiſchani* & occupatio regnorum
Iran

tum irruentibus pauci admodum evaſerunt. Erat tunc temporis Altun-Chan in urbe NAMCINC *vocitatá, qui ubi ad ipſum pervenerat, de eo quod ſocijs ſuis fortiſſimis acciderat nuntius, metu perculſus ſpem vita mundana abjecit, filijsq;, uxoribus, & omnibus ſibi charis convocatis, ubi domum quandam è lignis conſtructam ingreſſi eſſent, ignem injici juſſit, quo ipſe, unà cum illis, qui cum ipſo fuere, perijt, dedignatus in Mogulenſium manus captivus incidere. Alias etiam urbes celebres ceperunt, in quibus Kaan præfectos conſtituit. Deinde in loca ſua antiqua reverſus, ibi urbem exſtruxit, quam* ORDU BALIK *appellavit; quæ eadem eſt urbs* KARAKURAM, *in qua turbam è Chataja & Turkeſtani incolis Perſisq; & Moſtarabibus collocavit.*

2. de *Fagfure*. p. 350. ſ.

Hoc tempore Chataorum rex quidam immorigerus factus in Mogulenſes rebellavit, quòd & fortitudine & potentiâ excelleret, multasq; haberet copias, cùm quadringentis imperaret urbibus. Hoc in cauſa fuit, ut ipſe Mungaca Kaan propere in occurſum hujus Rebellis iret; relictô igitur fatre ſuo natu minimó Arig Buca loco ſuo, & fratre ſuo Kublaio ſecum aſſumpto, Sina regiones ingreſſus eſt: primo autem conflictu accidit, ut ſagittâ ictus moreretur. Frater igitur ipſius Kublai aſſumptis exercitibus è Chataorum finibus egreſſus eſt. Inde Chan-BaliKum perveniens, ibi ſubſtitit.

NOTÆ
ad
Particulam Hiſtoriæ Mogolicæ.

1. *Exitus*. Expeditio bellica. Phraſis etiam Biblica. 2. *Sam*. XI. 1.

2. *Quatuor Hordæ*. Secundum *quatuor* Gingiſchani è uxore primariâ,

Digitized by Google

Iran, quæ tùm per ipſum, tùm per populum & filios ejus peracta eſt, ad ætatem uſq; noſtram, hoc eſt, *diem* 25. menſis *Xeval* anni *Hegiræ* 717.

Sunt autem illorum [2] *quatuor Taïfa*, ſ. *Hordæ*; Ut & *triginta ſex perſonæ* hujus proſapiæ.

Duravit imperium eorum per has illas mundi plagas [3] *annos* hactenus 101.

Taïfa I. *Gingiſchan* cum filio *Seumin Octai-Kaan*, qui poſt eum rex factus eſt, & filij ejus. *Gingiſchan* filius *Biſugai* Behadir erat.

Hic filius *Bertan* Behadir,
Hic -- *Kabli-chan.*
Hic -- *Taumine-chan.*
Hic -- *Bai-ſan-kour.*
Hic -- *Kaidu chan.*
Hic -- *Dutumten.* Hic filius *Juka.* Hic filius *Budenger.*
Hic -- *Alan Kovayr Dubun Baban.*

Philoſophi, *Aſtronomi*, & *Chronologi Iguræ* & *Tebetæ*, ut & *Turcæ*, in libris ſuis *Hiſtoriam Chataicam* tractantes, ſcribunt, quod *Noach*, Propheta *b. 54.
m. Filium *Japhet* in orientem miſerit. Ubi *Chani* nomen illi fecerint.

Octiſunga, *filios*. Vid. *Comm. Alphab.* pag. 22. a.

3. *Annos hactenus* 101. Scribebat auctor, uti præcedit, anno *Hegiræ* 717. Deme annos 101. Et habebis annum Hegiræ 616. h. e. *Chriſti* 1219. Cœperit ergò *Imperium Gingiſchanicum* cum hoc ipſo anno. Sed ponit *Malatienſis* annum *Hegiræ* 599. adeoq; *Chriſti* 1202. Vid. *Comm. Alph.* 5. a. f.

Ejus filius *Dib-bakui* erat. Regnô inſtitutô, quatuor filios genuit. Majoris *Courchan* nomen erat. Hi, Noachicâ religione oblivioni traditâ, idololatriam invexerunt. *Courchani* filius *Ogouz* erat. Idemq́; [4] *Antitrinitarius* erat & *religioſus*. Sed, bellô cum patre geſtô, patreq́; occisô, regnum ejus occupavit, aliaque plura regna imperio ſuo adjecit. Idem *Turciſtanos*, qui de exercitu ejus erant, proprijs ſecundum *Hordas* diſtingvebat nominibus.

Pòſt filios & familiares quoſdam ſuos, ceu novam coloniam magno cum exercitu in *tractum orientalem*, in terram, quæ tunc temporis *Moguliſtan* dicebatur, amandabat.

55. Inde poſt * [5] *quater mille* annos imperium è Regibus *Chatai* ſuper hunc populum uſurpavit & [6] uſq́; ad *Choten* dilatavit. A fluviô quoq́; [7] *Kara moran* ad [8] *Sibonem* uſq́; progreſſus. Deletis quibuſcunq́; mulieribus quoq́; & filijs vinctis. Ex hôc populô duo erant, *Tegur* & *Kaban* nomine, qui cum familiaribus ſuis in *Coubiſtan* fugiebant, quā alij. *Argend kon* (*Ragine kon*) vocabant i. e. *Kemeri*. Vehementi verò feſtinatione incedebant, ut impoſſibile eſſet, illos per-

4. *Antitrinitarius.* Ita *Mohammedani* ſeſe vocant de confeſſione *unius* DEI; Chriſtianos verò propter doctrinam de unius DEI *trinitate* مشركون *Aſſociatores* appellant.

5. *Quatuor mille.* M. S. alterum *quater centum* habet.

6. *Uſq́; ad Choten.* Ven. I. 41.

7. *Kara Moran.* Eſt is *Croceus*, ut ſuprà. Vid. *Malat.* 309. *Ven.* II. 31. 52.

8. *Ad Sibonem.* Eſt is *Jaxartes*,

perſequi. Sicq; intra quadringentos annos fixam ibi ſedem obtinuerunt. Sed creverant adeò, ut cum impetu prorumpendum eſſet. 9. *Zonæ* verò, quæ *ferrea* erat, multas portas fecerunt, *Coubiſtane* egreſſi. Hi *Mogoles* dicuntur, generis ſui agnomine. Eſtq; alius ad hos pertinens populus, qui per *metaphoram* eodem nomine etiamnum venit. Sed ab ijs, quos dixi, deſcendente. Feriantur quotannis diem, quô *Raginekonâ* egreſſi ſunt, quemq; *Guikeſi* appellant. Obſervantq; eum Mogolenſes hunc in modum, ut illâ nocte fruſtum ferri in ignem mittant, & ſuper incude malleent. Quod adhuc hodiè obtinet.

Porrò *Mogolenſes* in *duas* abierunt *familias*.

Familia *prima*, *Mogul Dar-legin*.

Hi ſunt *Taïfa*, quæ è *Ragine Kona* exijt.

Fami-

Fluvius. *Silyn* Plinio dictus, VI. 7. Pro quo *Sihun* ſcribendum eſt. Vid. *Salmaſ.* Exerc. Plin. 790.

9. *Zona ferrea.* *Aggerem Alexandri Magni* intelligit. De quô vid. *Malat.* p. 62. *Nub.* VI. 9. *Joſeph. Barb.* p. m. 474. Tradunt a. *Alexandrum* Magnum, rogatu, neſcio quorum, aggerem aliquem adverſus nullas non vicinorum invaſiones extruere cœpiſſe, quem *Yezdegirdes* Yezdegirdæ nepos alijq; Perſarum Reges continuaverint, ſed non perfecerint, donec *Coſroes Nouſchirwan* aggerem non tantùm perfecerit, ſed & ad milliaris ſpatium in mare produxerit, portisq; ferreis clauſerit. An *Alexander* Magnus tale quid inſtituerit, equidem ap. Scriptores noſtros non lego. Forte an tribuitur ei *Zona illius ferreæ* ſtructura, quia ejus ætate *Murus* ille *Sinicus* extructus, & ſuprà fidem firmiter q. ex ferro & ære compactus eſt. Eſt a. hic agger nonniſi murus ille, qui Oppidum *Derbend* ambit, ad maris Caſpij latus occidentale. Imò *Derbend* inde nomen habet. Q. d. *Porta* vinculum aut *Compedes*. Non n. niſi per hanc portam via in Perſiam eſt. Turcæ *Derwend* vocant & *Demir-capi*, h. e. *porteam ferream*. De quibus multa in *Comm. Geogr.*

Digitized by Google

Familia *ſecunda*, Mogoles *extranei*. Hi ſunt populi *Dubunbaban* & *Alan Kavar*, qui antiquiores & præcipui ſunt Mogoles. Ex horum genere *Gingiſchan* erat, ceu è poſteris *Alan Kava*. Qui cum fratre ſine *patre* nati erant.

Sed illa *Hiſtoria prolixior* eſt, *quò minus pergam* ſcribere.

FINIS.

Prolixior eſt, quò minus. Non ſunt hæc verba *Abdallæ*, ſed *Librarij* ceſſantis, cœptamq; telam abrumpentis. Quæ ergò ſeqvuntur, è *Mirchonde*, ſimilibuſque Scriptoribus; ſi non *Abdallâ* ipsô, ſupplenda ſunt.

S. D. G.

Digitized by Google

IMPERII SINENSIS
NOMENCLATOR
GEOGRAPHICUS,
Prior, ALPHABETICUS,

ad

Ætatem

TAI-MINGARUM.

Digitized by Google

Num.	SINENSIS IMPERII	Long.	Lat.
	A.		
	An-hing. Eſt Chi-cheu.		
	An-ſan. Eſt Hiam-xan.		
	Ay-mui. *n. Inſ.*		
	C.		
	Ca-ning. *n. F.*		
	Cai. *n. M.*		
1.	Cai. VI. 6. 7.	-8. 47.	31. 40.
2.	cheu. (1.) L. a. 7.	5. 24.	38. 7.
	(2.) Eſt Ju-ning.		
	cho. *n. M.*		
	ci. *n. F.*		
3.	fung. V, 1. 1.	-2. 54.	35. 50.
4.	hoa. X. 6. 5.	0. 56.	29. 0.
5.	kien. XII, 6. 11.	-5. 36.	24. 8.
6.	li. XIV. e. 22.	-12. 46.	27. 6.
	nan. Eſt King-tang.		
7.	ping. I. d. 6.	-0. 47.	41. 5.
	yang. *n. M.*		
8.	yven. L. a. 3.	6. 15.	39. 46.
	yven. *n. R.*		
	Can. *n. Fl.*		
9.	Can-cheu. VIII. 12. 1.	-2. 25.	26. 10.
	civen. *n. M.*		
10.	civen. III. 8. 3.	-8. 16.	37. 20.
11.	gen. XII. 10. 13.	-8. 39.	19. 2.
	gi-gu. *n. R.*		
	keng. *n. F.*		
	king. *Leg.* Gan-king.		
	mo. *n. M.*		
	ton. *n. Il.* quang-cheu.		
12.	yai. XV, e. 16.	-18. 38.	24. 31.
13.	ye. II, 2. 19.	-6. 40.	36. 22.
14.	Cang. 13. 15.	0. 16.	38. 29.

Num.	NOMENCL. GEOGRAPH.	Long.	Lat.
	lang. *n. Fl.*		
	n. Lac.		
15.	Cao. V, 6. 10.	-4. 46.	35. 26.
16.	VI, 4. 9.	-13. 5.	28. 33.
	cai. *n. M.*		
17.	cheu. XII, 7. 1.	-5. 40.	22. 33.
	ki. *n. Stagn.*		
	lan. *n. M.*		
	leang. *n. M.*		
	li. *n. M.*		
18.	ling. III, 1. 6.	-8. 4.	36. 6.
19.	mie. IV, 6. 6.	2. 23.	36. 27.
	mien.		
20.	ming. (1.) XV, 1. 4.	-4. 46.	25. 10.
21.	(2.) XII, 6. 6.	-5. 30.	23. 8.
22.	ping. II. c. 2.	-4. 17.	36. 48.
	tang. *n. M.*		
23.	xan. II, d. 7.	-4. 0.	40. 10.
24.	xún. IX, 1. 5.	1. 30.	32. 3.
25.	yang. I, 2. 17.	-1. 15.	39. 3.
26.	ye. I. 4. 24.	-2. 24.	38. 11.
27.	yeu. IX, 7. 4.	2. 33.	38. 11.
28.	yuen. IV, 4. 4.	1. 30.	37. 22.
29.	Ceng-ching. XII, 1. 4.	-3. 15.	23. 13.
30.	ki. XIII, 5. 4.	-7. 0.	23. 34.
31.	Ceu. IV. 2. 4.	0. 16.	36. 30.
32.	ping. IV, 1. 3.	0. 54.	36. 50.
	Ci. *n. Font.*		
	n. Reg.		
	n. R.		
33.	Ci-ho. IV, 1. 6.	0. 30.	37. 20.
34.	nan. IV, 1. 1.	0. 30.	37. 0.
35.	ning. IV, 2. 14.	0. 0.	36. 5.
	ſeng. *n. Lac.*		
36.	tung. IV, 1. 7.	0. 58.	37. 15.
37.	yang. IV, 1. 8.	0. 45.	37. 20.

Ci-yn.

Digitized by Google

Num.	SINENSIS IMPERII	Long.	Lat.
	Ci-yn. *n. u.* Fung-chan.		
38.	yven. V. 5. 2.	5. 8.	36.10.
39.	Ciang-lo. XI, 5. 2.	0. 6.	26.39.
	Ciao. *n. Riv.*		
	yven. *n. M.*		
40.	Cie. II, 2. 31.	6.44.	37.45.
	cung. *n. Font.*		
	ki. *n. Font.*		
41.	ki. IX, 14. 6.	1. 19.	30.16.
42.	me. IV, 6. 7.	3. 13.	36.21.
	puen. *n. F.*		
	ſing. *n. F.*		
	tai. *n. F.*		
43.	xan. II, 2. 25.	-6. 29.	36.49.
	xe. *n. M.*		
	Cien. *n. F.*		
	fo. *n. F.*		
44.	gan. I. 8. 2.	1. 20.	40. 3.
45.	guei. VI, 11. 1.	-15. 33.	28.42.
46.	hien. VIII, 1. 3.	-1. 6.	29. 5.
	kiang. *n. F.*		
47.	- - - VII, 14. 3.	-5. 14.	31. 10.
48.	- - - XIII, 2. 11.	-8. 45.	24.25.
	king. *n. F.*		
	li. *n. Lac.*		
	tang. *n. F.*		
49.	tun. L. c. 2.	4. 15.	40.10.
50.	xan. IX, 10. 3.	-1. 4.	31.44.
	Cieu. *n. F.*		
	Cin. *n. F.*		
	n. M.		
	n. Reg.		
51.	- - - III, 5. 10.	-10.44.	36.20.
52.	cheu. IV, 4. 1.	1. 30.	36.36.
53.	cheu. XIII, 6. 1.	-8. 0.	23. 55.
	- - - *n. U.* Ping-yang.		

Num.	NOMENCL. GEOGR.	Long.	Lat.
	chu. *n. Lac.*		
54.	ci. VI, K. 23.	-15. 29.	28. 0.
	hi. *n. M.*		
55.	gan. III, 5. 11.	-10.46.	36. 32.
	kiang. *n. U.* Cin-cheu.		
	ning. *n. U.* Pin-yang.		
	nin-ſin.		
56.	tien. XV, e. 1.	-13. 52.	26. 4.
57.	yun. X, 7. 3.	3. 7.	28. 25.
58.	yung. XIV, 4. 3.	-9. 40.	27.30.
	Cing. *n. F.*		
59.	- - - - I, 3. 7.	0. 0.	38.42.
	çao. *n. Lac.*		
	çao. *n. Stagni.*		
60.	chieu. VII, 2. 1.	-7. 14.	28. 0.
61.	ching. IV, 1. 15.	1. 12.	37.30.
62.	fung. I, 7. 5.	-2. 15.	36.26.
63.	gan. VIII, 1. 5.	-2. 16.	29. 21.
64.	hai. I, 3. 9.	0. 12.	38. 55.
65.	XII, b. 4.	-1. 14.	23. 25.
66.	IV, 2. 2.	5. 10.	36.20.
	hiu. *n. Caverna.*		
	hiuen. *n. U.*		
67.	ho. IX, 8. 2.	2. 2.	34.30.
68.	kiang. IX, 5. 5.	3. 0.	32. 54.
69.	kien. III, 8. 9.	-7. 52.	37. 52.
